




F. JOSEPHI ARCHANGELI

A FRACTA MAJORI

ORDINIS MINORUM OBSERVANTIUM

*SACRÆ THEOLOGIÆ*

# SYNOPSIS

AD USUM

CLERICORUM ORDINANDORUM,

TOMUS IV.






Pert. ad Bibliothecam
S. Sebastiani.

NEAPOLI MDCCCXXIII.

Typis BARNABÆ CONS.

*Superiorum facultate.*

# MONITUM.

*Fidem præstamus (a). En jam quartus prodit Tomus hujus nostræ Sacræ Theologiæ Synopsis. In eo Elenchum completum exhibemus omnium Quæstionum, et Propositionum, quæ in tota Opella continentur, quibus propriis paragraphis responsiones, et respectivæ probationes adamussim respondent, tam facili Methodo, ut non solum studentium memoria adjuvetur, sed et Clerici Ordinandi facili negotio ad Examen a Sacris Canonibus præscriptum subeundum se disponant, illudque expedite, atque honeste exequantur. Integrum quoque exponimus Tractatum de Ordinis Sacramento, ut unusquisque sacræ militiæ adscriptus, quæ propria sunt cujusque Ordinis, quem suscipit addiscat, ne scientiæ defectu, indignus existimetur, qui ad sacra ministeria peragenda admittatur. Tam vero Elenchum, quam Tractatum de Ordinis Sacramento, duo brevi Tractatus præcedent, alterum* De Exteriori Dei cultu, *alterum* De



(a) *Præf. ad Tom. I.*

Mediatione Christi; atque SS. invocatione etc. *Promiseramus* (a) *in calce secundi Tomi hujus Synopsis eos exponere, sed meliori Sapientum consilio in hunc eorum expositionem reservavimus.*

TRA-

(a) *Nota ultima Tomi I.*

# TRACTATUS I.

## De Exteriori Dei Cultu.

CUm Doctrina Revelata homini eo fine data fuerit ut Deum, quantum in hac vita fas est, cognoscat, atque cognoscendo eum diligat (§. 4. T. I.); cumque Patrum, et Christi Domini ipsius testimonio, operis exhibitio probatio sit non dubia veræ dilectionis, explicatis iis quæ ad Deum tum cognoscendum, tum amandum necessaria scitu videbantur; restat modo videamus, quo Cultu Deum prosequi debeamus, ut eum novisse, et ex corde diligere dicamur. Sit proinde.

## CAPUT I.

### *De adorationis natura, divisione, atque obligatione.*

§. 1. ADoratio, ex Damasceno (a), *animi cedentis, atque demissi, et humilis significatio*, ab Angelico Docto-



(a) *Orat. III. Cap. IV.*

re (*a*) definitur per actum voluntatis, quo exhibemus alteri reverentiam, propter ejus excellentiam supra alios.

§. 2. Motivum ergo adorationis est excellentia, quæ relucet in aliqua persona; Objectum vero persona ipsa excellens.

§. 3. Porro excellentia in persona duplex esse potest; *naturalis* nempe, si dona, virtutes etc., quibus aliqua persona excellens est, naturalis sunt Ordinis; *Supernaturalis* vero, si supernaturalis.

§. 4. Adoratio itaque duplex est; *Politica* nempe, si ob excellentiam naturalem alicui præstatur; *Religiosa* vero, si ob excellentiam supernaturalem; hanc Deo, ejusque Sanctis (licet diversimode) exhibemus; illam Principibus, aliisque excellentissimis viris, aut dignitate aliqua in Mundo pollentibus. De supernaturali hic tantum agimus.

§. 5. Quoniam vero excellentia supernaturalis non est eadem in omnibus; sed in Deo, utpote infinito in omni genere perfectionis (§. 26. T. II.), absoluta et infinita; in hominibus vero, et in Angelis nonnisi limitata, et finita, liquido patet, adorationem Deo debitam lon-

(a) 2. 2. q. 84. *Art.* 1.

longissime præstare debere illi, quæ aliis tribuitur.

§. 6. Ut autem adoratio vera esse dicatur, tres actus in ea concurrere debent; primus nempe in intellectu, estque apprehensio excellentiæ personæ, quæ adoratur; secundus in voluntate, quo animus erga personæ excellentiam bene afficitur; tertius in quibusdam externis signis, qui vel proprio corpore exhibentur, vel externis officiis; veluti genuflexione, inclinatione, capitis detectione, manuum osculatione etc.

§. 7. Quandoquidem vero mensura adorationis ab excellentia personæ peti debeat; cumque hæc inæqualis sit in Deo, ac in aliis personis creatis, ut proinde cultus qui Deo debetur, nulli alio debeatur (§. 5.), recte Theologi triplicem speciem adorationis distinguunt; nempe *Latriæ*, *Hyperduliæ*, et *Duliae*. Per adorationem *Latriae* intelligunt illam, quæ Enti tribuitur ratione increatæ excellentiæ supra alios; per adorationem *Hyperduliæ* eam intelligunt, quæ alicui ob creatam aliquam supernaturalem, sed valde eximiam excellentiam præstatur; per adorationem vero *Duliae* illam intelligunt, quæ alicui exhibetur

 ob

ob excellentiam supernaturalem quidem, ast non singulari modo renitentem. His notatis sit:

## PROPOSITIO I.

*Datur Praeceptum Divinum, et naturale colendi Deum actibus tum internis, cum externis.*

§. 8. PRob. I. P. ex Scripturis. In Exodo (*a*) ait Deus per Moysen filiis Israel: *Non facies tibi sculptile; neque omnem similitudinem . . . Non adorabis ea neque coles*: *Ego sum Dominus Deus tuus*. In Evangelio ait Christus Dominus (*b*): *Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli servies*; imo modum præscribens Deum adorandi, dixit (*c*); *Veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu, et veritate*. Ergo etc.

§. 9. Prob. II. P. Deus est Ens, quo melius, atque perfectius excogitari nequit; atque omnes complectiur perfectio-

(a) Cap. XX. v. 4. 5.
(b) Matth. Cap. IV v. 10.
(c) Joann. Cap. IV. v. 23.

ctiones ( §. 26. T. II. ); unde et infinitam habet super omnes excellentiam; Ergo jure naturæ debetur ei adoratio, et cultus; Hinc Jeremias (a): *Te oportet adorari Domine*. Deinde Lege naturali adstringimur, obsequium, et reverentiam exhibere ei, a quo beneficium aliquod accepimus, itaut aliter facientes ingratitudinis vitium non effugiemus. Atqui omne bonum a Deo recepimus, creationem, gubernationem, conservationem etc. Ergo datur præceptum naturale colendi Deum etc.; Quod autem actibus non solum internis, sed etiam externis debeamus Deum adorare, patet, quia homo anima et corpore constat; ergo non minus illa quam isto debet Deo exhibere reverentiam. Quare Propheta David (b): *Venite*, ajebat, *adoremus, et procidamus, et ploremus ante Dominum, qui fecit nos, quia ipse est Dominus Deus noster; et nos populus pascuae ejus, et oves manus ejus*.

.PRO-

(a) Baruch. *Cap. VI. v. 5.*
(b) *Psal. 94. v. 6. 7.*

## PROPOSITIO II.

*Deo Optimo Maximo supremus Latriae cultus debetur.*

§. 10. PRob. Excellentia quae in Deo est, est infinita, atque increata; Sed Latriae cultus, habenti increatam excellentiam tribuitur; Ergo Deo etc. Quare Apostolus (*a*): *Soli Deo honor, et gloria*.

## CAPUT II.

*De Sacrificiis, variisque eorum generibus.*

§. 11. INter alia *quae pertinent ad religionis obsequium, quo colitur Deus, sacrificium certe*, ait S. Augustinus (*b*), *nullus hominum est, qui audeat dicere deberi, nisi Domino soli. Multa de cultu Divino usurpata sunt, quae honoribus deferuntur humanis: sive humilitate nimia, sive adulatione*

(a) *Epist. I. ad Timot. Cap. I. v.* 17.
(b) *De Civit. Dei Lib. X. Cap. IV.*

*ne pestifera : ita tamen ut quibus ea deferuntur, homines haberentur, qui dicuntur colendi, et venerandi : si autem eis multum additur, et adorandi. Quis vero sacrificandum censuit, nisi ei, quem Deum aut scivit, aut putavit, aut finxit?*

§. 12. Sacrificium dupliciter accipi potest; *improprie* nempe, sive *metaphorice*, et *proprie* : Improprie acceptum : » Verum sacrificium, ait citatus P. S. » Augustinus (*a*), est omne opus, quod » agitur, ut sancta societate inhæreamus » Deo, relatum scilicet ad illum finem » boni, quo veraciter beati esse possi- » mus » : Hoc sensu legitur in Scripturis (*b*) : *Sacrificium Deo spiritus contribulatus; Qui facit misericordiam offert sacrificium* (*c*) : *Sacrificate sacrificium justitiæ* (*d*) : *Immola Deo sacrificium laudis* (*e*) *etc.* Proprie vero acceptum Sacrificium ita definiri potest : *Oblatio externa rei sensibilis legitima auctoritate instituta, a Ministro*

(a) *Lib. XII De Civit. Dei Cap VI.*
(b) *Psal.* 30.
(c) *Ecclesiast. Cap.* XXXV. *v.* 4.
(d) *Psal.* 4. *v.* 6.
(e) *Psal.* 49. *v.* 14.

*stro competenti*, *per immutationem rei*, *soli Deo facta in protestationem supremi dominii illius in vitam et mortem* ( §. 716. Tom. III. ).

§. 12. Sacrificium quod ad rem attinet quatruplex est; 1. nempe *Lautreuticum*; 2. *Eucharisticum*; 3. *Propitiatorium*, et 4. *impetratorium*. Sacrificium lautreuticum est illud, quod fit solum ad Deum colendum, atque testandum ejus in nos Principatum, et nostram erga eum subjectionem, atque servitutem, et hoc dicebatur quoque *holocaustum*, quia res tota in Dei obsequium destruitur. *Eucharisticum* est illud, quod Deo in gratiarum actionem pro acceptis beneficiis offertur. *Impetratorium* vero pro beneficiis obtinendis, et utrumque in veteri Lege Hostia pacifica dicebatur. *Propitiatorium* tandem est illud, quod Deo fit pro peccatis, et pro peccatorum pœnis ac suppliciis avertendis; et idem est quod olim Hostia pro peccato.

§. 14. Cum sacrificium soli Deo debeatur ( §. 11. ); Cumque varii hominum status fuerint ab origine Mundi usque modo; 1. scilicet *status Innocentiæ*; 2. *status Legis naturæ*; 3. *status Legis scriptæ*; 4. *Status Legis Evan-*

*vangelicæ*, merito quærunt Theologi, an in quocumque statu fuerint Sacrificia. Quod in brevissimo statu Innocentiæ nullum extiterit verum Sacrificium, satis notum est apud omnes. De aliis statibus est videndum. Unde sit.

## PROPOSITIO I.

### *In statu Legis Naturæ vera fuerunt Sacrificia.*

§. 15 PRob. Nam (*a*) *Cain obtulit de fructibus terræ munera Domino. Abel quoque obtulit de primogenitis gregis sui, et de adipibus eorum.* Noe postquam egressus fuit de Arca (*b*): *aedificavit Altare Domino, et tollens de cunctis pecoribus, et volucribus mundis, obtulit holocausta super Altare.* Abraham jussu Domini sacrificavit ei vaccam triennem, et capram trimam (*c*), et arietem annorum trium, turturem quoque, et columbam; nec non pluries altare erexit, et Domino sacri-

(a) *Gen. Cap. IV. v. 3. 4.*
(b) *Ibid. Cap. VIII. v. 20.*
(c) *Ibid. Cap. XIII. v. 9. 10.*

crificium obtulit. Idipsum legitur fecisse Melchisedech (*a*), Isaac, Jacob (*b*) et Job (*c*).

## PROPOSITIO III.

*In statu Mosaicae legis, seu scriptae vera fuerunt Sacrificia.*

§. 16. PRob. Nam Deus ipse materiam Sacrificiorum destinavit; scilicet 1. Animalia, ut oves, capræ, hoedi, bóves, vituli, columbæ, passeres, turtures. 2. Fructus terræ, ut panis, simila, sal, thus, manipulus spicarum virentium; et triticum. Tertio liquores, ut sanguis, vinum, oleum, aqua; et cum Sacrificium fiebat ex animalibus, vocabatur *hostia*, seu *victima*; cum ex fructibus terræ *immolatio*; cum vero ex liquoribus *libamen*, seu *libamentum*. Ergo etc. Deinde in Lege scripta omnium generum sacrificia fuerunt (§. 12.). Fuit namque 1. Sacrificium Lautreuticum,

(a) *Ibid. Cap.* XIV. *v.* 18.
(b) *Ibid Cap.* XXIV. *v.* 23.
(c) *Cap. I. v* 4. *Leg.* Becanus *Tomo II. Opusculorum, Opusc.* XI. *Lib. I.*

cum, sive holocaustum; Nam ita a Domino præceptum legitur (a) : *Haec sunt sacrificia, quae offerre debetis. Agnos anniculos immaculatos duos quotidie in holocaustum etc.* Fuerunt et hostiæ pacificæ, sive Sacrificia impetratoria, et Eucharistica sive pro gratiarum actione; Fuerunt tandem sacrificia propitiatoria, sive hostiæ pro peccato; et pro his omnibus Sacrificiis rite peragendis ab ipso Deo leges quoque præscriptæ per Moysen fuerunt (b); Ergo etc.

PROPOSITIO III.

*In Evangelica Lege sunt veri nominis Sacrificia.*

§. 17. Prob. Præcepto tam Divino positivo, quam naturali tenentur homines, Deum actibus internis et externis adorare, seu colere (§. 8. 9.); atqui sacrificiis præcipue colitur Deus (§. 11.); Ergo si in statu Legis naturæ, et Legis scriptæ fuerunt sacrificia ad Deum colen-

(a) Numer. Cap. XXVIII. v. 3.
(b) Levit. Cap. VII. Vid. Laud. Becanus ibid. Lib. II.

lendum, multo magis in Lege Evangelica sunt. Quod satis ostendit Apostolus dicens (a): *Habemus altare, de quo edere non habent potestatem, qui tabernaculo deserviunt.*

## Caput III.

### *De Sacrificiis Legis Evangelicae.*

§. 18. DUo sacrificia in præsenti statu Legis Evangelicæ agnoscunt Catholici, unum *cruentum*, quod nempe sanguinis effusione in ara Crucis per Jesum Christum peractum est, qui victimae, et Sacerdotis vices gerens, semetipsum hostiam immaculatam, et Deo placentem obtulit pro totius humani generis redemptione; alterum *Incruentum*, quod nempe absque sanguinis effusione completur (§. 717.). Hæc autem duo Sacrificia, si quoad rem oblatam considerentur, non sunt nisi unum Sacrificium; nam in utroque res oblata est eadem, nempe Christus Dominus. Haec Catholici; non item Hæretici.

§. 19. Nam Lutherus Eucharistico sacri-

(a) Hebræ. Cap. XIII.

crificio, seu incruento bellum indixit, adeo ut veritus non sit dicere (a), *se supra omnes abominationes habere Missam, et nihil magis dolere, quam quod per annos quindecim Missas celebrarit Catholicorum more*. Idipsum præstarunt Zuinglius, et Calvinus, quorum primus effecit ut apud Helvetios, secundus apud Genevenses, Missas penitus abrogarentur. Consequenter hi omnes neque Missis aliquid obtineri posse docebant, neque Deum propitium reddi peccatoribus. Post Lutherum, Brentium, et Kemnitium, Philippus Melacthon adversus Missas, quas vocant privatas, in quibus nempe solus Sacerdos communicat, debacchatus est. Sed quam impie, ex dicendis patebit.

## PROPOSITIO I.

*Christus in institutione Eucharistiae verum obtulit sacrificium.*

§. 29. PRob. Christus est Sacerdos secundum ordinem Melchisedech; Ergo in institutione Eucharistiæ verum obtulit



(a) *In Conf. anni* 1528.

lit sacrificium. Prob. consa. Melchisedech Sacerdos obtulit Deo in sacrificium panem et vinum, idque in gratiarum actionem ob victoriam ab Abraham de quinque Regibus reportatam; Sed Christus in institutione Eucharistiae panem et vinum obtulit, convertitque in sui corporis et sanguinis substantiam; Ergo Christus etc. Quare communiter Theologi, in oblatione panis et vini facta a Melchisedecho *typum Eucharistiae* agnoscunt cum Clemente Alexandrino (*a*); *typum Sacerdotii Dominici* cum Theodoreto (*b*); *typum Christi, cujus ordo de Sacerdotio illo veniens, et inde descendens*, cum S. Cypriano (*c*); *typum mensae Dominicae, et sacrificii quod nunc offertur toto orbe terrarum* cum S. Augustino (*d*). Sed et rem omnem plane absolvit Tridentina Synodus (*e*) dicens: *Dominus noster etsi semel seipsum in ara Crucis, morte intercedente Deo Patri oblaturus erat, ut*

(a) *In IV. Strom.*
(b) *Tomo p. 50.*
(c) *Epist. 63. ad Caecil.*
(d) *Epist. 95. ad Innoc. & Lib. XVI. de Civit. Dei Cap. XXII.*
(e) *Sess. XXII.*

*ut aeternam illic redemptionem operaretur ; quia tamen per mortem Sacerdotium ejus extinguendum non erat, in Caena novissima, qua nocte tradebatur, ut dilectæ sponsæ suae visibile . . . relinqueret sacrificium . . . . Sacerdotem secundum ordinem Melchisedech se in æternum constitutum declarans, corpus, et sanguinem suum sub speciebus panis et vini Deo Patri obtulit.*

Dices. Melchisedech proferens panem et vinum, non obtulit Deo sacrificium, sed tantum reficere voluit Abrahami milites, qui defatigati e prælio redibant; Frustra ergo ex hoc quod fecit, et quod Christus dicatur Sacerdos secundum ordinem Melchisedech conantur eruere Catholici, Christum institutione Eucharistiæ verum obtulisse Sacrificium.

§. 26. ℟. n. maj. cum consa. Falsum est, Melchisedech panem et vinum protulisse ut Abrahæ milites refocillaret. Nam primo, Abrahæ milites cibo corporali non indigebant, quippe ob reportatam victoriam, ingenti præda ditati fuerant, et multum habebant quod manducarent; quodque de præda revera hauserint, quod comederint, patet ex eo

quod nihil acceptaverit Abraham de præda, præter ea, quæ *comederant juvenes*, *et eas partes virorum*, *qui cum eo venerant* (a). Præterea si Melchisedech panem et vinum protulit non ad offerendum Deo sacrificium, sed tantum ad Abrahæ milites refocillandos, ut quid in tali actione memoratur a Scriptura quod *erat Sacerdos Dei altissimi*? Si ergo talis dicitur, est, quia tunc ad sacrificium Deo offerendum panem, et vinum protulit. Tandem Ecclesia, quae est columna, et firmamentum veritatis, in quadam Oratione, quae est in Canone Missae ait, Deo acceptum fuisse sacrificium, quod ei obtulit summus Sacerdos ejus Melchisedech, sicuti accepta ei fuerant sacrificia Abel justi, et Abrahae nostri Patriarchae; Ergo sacrificium vere obtulit Deo Melchisedech, adeoque falsum est etc.

PRO-

(a) Genesis Cap. XIV. v. 24.

## Propositio II.

*Sacrificium illud, quod Christus instituit, et in Ecclesia offerendum præcepit, veram habet proprii Sacrificii rationem.*

§. 22. Prob. Ad constituendum verum, et proprium Sacrificium quinque potissimum concurrere debent (§. 12.); nempe 1. Oblatio externa rei sensibilis; 2. Ejus institutio a legitima potestate; 3. Ut sit facta a competenti Ministro; 4. Facta Deo; et 5. ut res oblata immutetur; Atqui hæc omnia reperiuntur in illo sacrificio, quod Christus instituit, et in Ecclesia offerendum præcepit; Ergo etc. Prob. min.: quoad singulas ejus partes. Et 1. in illo Sacrificio, quod Christus instituit adest oblatio rei sensibilis, species nempe externæ, et sensibiles panis et vini, sub quibus realiter Christus continetur; 2. adest institutio a legitima potestate; institutum enim fuit a Christo, cui data est omnis potestas in Cælo et in Terra; 3. adest minister legitimus, Sacerdos nempe; Christus namque cum hoc sacrificium in ultima Cæna instituit, Apo-

 sto-



stolos Sacerdotes, et Episcopos ordinavit, eosque, sicuti et omnes eorum successores Ministros etiam hujus Sacrificii instituit, dicens (a) : *Hoc facite in meam commemorationem*; 4. Oblatio adest facta Deo; nam in illo sacrificio, quod Christus instituit, Christus ipse Deus et homo offertur; quippe *idem ipse Sacerdos et sacrificium est Jesus Christus*, ait Quarta Synodus Lateranensis (b), *cujus corpus, et sanguis in Sacramento Altaris sub speciebus panis et vini veraciter continetur*; atque *una eademque est hostia*, inquiunt Patres Concilii Tridentini (c), *idem nunc offerens Sacerdotum ministerio, qui seipsum tunc in Cruce obtulit : sola offerendi ratione diversa.* Jam vero cui Jesus Christus, hostia et sacrificium offerri potest, nisi Deo? Tandem res oblata immutatur; nam species illæ sensibiles panis et vini, sub quibus Christi corpus, et sanguis veraciter continentur, consumuntur, et omnino mutantur; Ergo etc.

§. 23. Idipsum unanimi, et constanti Patrum traditione comprobatur, quod Hære-

re-

(a) Lucæ *XXII.* v. 19.
(b) *Anni* 1215. *Can.* 1.
(c) *Sess.* XXII. *Cap. II.*

retici ipsi negare non possunt. Unde Kemnitius (a): *Negari non potest*, ait, *Veteres, quando loquuntur de celebratione Cœnæ Dominicæ, usurpare vocabula sacrificii, immolationis, hostiæ, victimæ; uti verbis offerre, sacrificare etc.* Verum quoniam Hæretici se in re tam gravi Patres non curare profitentur, illorum testimonia omittimus (b).

Objic. *Christus*, ut ait Apostolus (c) *una oblatione cosummavit in sempiternum sanctificatos*; Ergo nulla alia relinquitur oblatio, nullum sacrificium; et consequenter etc.

§. 24. ℟. dist. ans.: Et loquitur Apostolus de sacrificio cruento, conc. ans.; de sacrificio incruento, n. ans., et utramque consm. Utique Christus unico sacrificio cruento, quod fuit infiniti valoris, opus nostræ redemptionis absolvit, et consummavit; ita ut nullo alio cruento sacrificio in sempiternum opus erit, ut totius Mundi peccatorum remissio fiat. Hoc autem non officit illi sacrificio, quod Christus instituit, et in Ecclesia offerendum præcepit; istud namque est incruentum.



(a) *In Examine.*
(b) *Videri tamen poterunt apud* Bellarminum.
(c) Hebræ. *Cap.* X. *v.* 14.

tum. Una enim, eademque est hostia, idem nunc offerens Sacerdotum ministerio, qui seipsum tunc in Cruce obtulit, sola offerendi ratione diversa, scribit Tridentina Synodus (a).

Contra. Atqui præter sacrificium Crucis nullum aliud, neque incruentum sacrificium relinquitur; Ergo n.° r. Prob. subsm. Christus est solus Sacerdos; sed ubi nullus alius est Sacerdos, nullum pariter extat sacrificium; Ergo etc.

§. 25. ℟. dist. maj.: Christus est solus Sacerdos summus, et principalis ad exclusionem cujuscumque ejusdem auctoritatis, et dignitatis, conc., ad exclusionem cujuscumque dignitatis, et auctoritatis ab ipso participatæ, et acceptae, n. maj., et dist. min.; sed ubi nullus alius est Sacerdos ejusdem potestatis, atque auctoritatis ac Christus, nullum extat sacrificium, n. min.; ubi nullus est Sacerdos, nequidem participatae auctoritatis, nullum pariter extat sacrificium, conc. min. et n. consm. Esto Dominus Jesus Christus sit unicus, et solus Sacerdos infinitae auctoritatis, et dignitatis, non desunt tamen in terris, et alii Sacerdotes ejus vicarii, et ministri, qui potestate ab ipso accepta, sacrificium per-

(a) *Sess.* XXII. *Cap.* II.

perficiant. Audiatur S. Cyprianus (a): » Si Jesus Christus Dominus, et Deus » noster, ipse est summus Sacerdos Dei » Patris, et sacrificium Patri seipsum pri» mus obtulit, et hoc fieri in sui comme» morationem praecepit, utique ille Sa» cerdos vice Christi vere fungitur, qui » id quod Christus fecit imitatur, et sa» crificium verum, et plenum tunc offert » in Ecclesia Deo Patri, si sic incipiat » offerre, secundum quod videat ipsum » Christum obtulisse «.

Contra. Atqui nulli omnino sunt Sacerdotes, adeoque nullum etiam extat sacrificium; Ergo etc. Prob. subsm. In Lege veteri, ideo *alii plures facti sunt Sacerdotes, quod morte prohiberentur permanere*, ait Apostolus ad Hebraeos (b); *Jesus autem, eo quod maneat in æternum sempiternum habet Sacerdotium. Unde et servare in perpetuum potest accedentes per semetipsum ad Deum, semper vivens ad interpellandum pro nobis*; Ergo nulli omnino sunt Sacerdotes; Adeoque etc.

§. 26. ℟. Ex quo Christus Sacerdos in aeternum dicatur, multum abest ut infe-

(a) *Epist. 63. ad Cæcilium.*
(b) *Cap. VII. v. 23.*

feratur nullum alium esse Sacerdotem ejus ministrum, et vicarium in terris, quin etiam oppositum omnino eruitur. Sane si Christus est Sacerdos in perpetuum, quotidie quoque, ex citato Apostolo, si non pro seipso, quia innocens, et impollutus, saltem pro populi peccatis sacrificium debet offerre (*a*); ad hoc enim omnis Pontifex assumitur. Jam vero Christus est in Caelis, et sedet ad dexteram Patris; aut ergo dicendum, Christum nullum amplius offerre pro nobis Deo Patri sacrificium, Ecclesiamque Catholicam sacrificiis proprie dictis carere, aut dicendum, Christum, qui semel cruentum sacrificium se obtulit in ara Crucis, quotidie seipsum per manus ministrorum suorum sacrificari: Primum dici nequit, quia frustra diceretur Christus in aeternum Sacerdos, quin saltem per alios in terris sacrificium offerret; aliunde fieri nequit, ut Ecclesia cui Deus per os Prophetae Malachiae (*b*); peculiare et mundum sacrificium ubique offerendum promiserat, dicens: *In omni loco sacrificatur, et offertur nomini meo oblatio munda*, absque sacrificiis relicta fuerit; Secundum ergo dicendum est; Chri-

(a) *Ibid. v.* 26.
(b) *Cap. I. v.* 11.

Christum nempe quotidie per manus ministrorum suorum se offerre immaculatum Deo; sicque exercere suum aeternum Sacerdotium.

## Propositio III.

*Sacrificium Missae, est quoque propitiatorium, et impetratorium.*

§. 27. PRob. I. P. Christus Dominus, hoc sacrificium instituens, et offerens in ultima Caena dixit: *Hoc est Corpus meum, quod pro vobis datur* (a): *Hic est calix novum Testamentum est in sanguine meo, qui pro vobis fundetur*, graece *funditur*; et quidem *in remissionem peccatorum* (b); Ergo sacrificium Missae etc. Deinde Missae sacrificium, ex Concilio Tridentino (c), est unum et idem ac sacrificium quod Christus in Cruce obtulit, sola offerendi ratione diversum: Atqui sacrificium Crucis fuit propitiatorium, Christus namque ait Joan-

(a) Lucae *Cap.* XXII. *v.* 19.
(b) Matthaei *Cap. XXVI. v.* 28.
(c) *Sess.* XXII. *Cap. II.*

Joannes (*a*) *ipse est propitiatio pro peccatis nostris*, *non pro nostris autem tantum*, *sed etiam pro totius Mundi*. Ergo etc.

§. 28. Prob. II. P. Sacrificium Missae est propitiatorium; Ergo est etiam impetratorium. *Cum* namque, *res oblata*, ait optime Petrus de Marca (*b*), *et qui principaliter offert*, *et interpellat*, *sit ipse Christus*, *dubium non est*, *quin sit in hoc sacrificio infinita vis impetrandi omnem gratiæ apparatum*, *quo instructi*, *ingentium criminum veniam consequi possimus*. *Quid enim deest ad peccatorum indulgentiam assequendam*, *ubi auctor ipse gratiæ*, *qui eum nobis promeritus est cruento sacrificio*, *in mystica cæremonia illius memoriam renovat*, *atque pro nobis Patrem interpellat*, *quo beneficii in Cruce quæsiti nos faciat compotes*?

§. 29. Quoniam ergo Missae sacrificium est propitiatorium (§. 27.), et impetratorium (§. 28.) recte infertur applicari posse tam pro vivis, quam pro defunctis. *Neque enim*, ait Augustinus (*c*) *pio-*

(a) *Epist. I. Cap. II. v. 2.*
(b) *Dissert. Posthuma de Eucharistia.*
(c) *Lib. XX. de Civit. Dei Cap. IX.*

*piorum animæ mortuorum separantur ab Ecclesia, quæ etiam nunc est Regnum Dei*. Unde S. Cyrillus (*a*) : *Pro omnibus oramus*, inquit, *qui inter nos vita functi sunt, maximum esse credentes animarum juvamen, pro quibus offertur precatio sancti illius, et tremendi, quod in altari positum est, sacrificii*. Jure proinde Tridentina Synodus hunc edidit Canonem (*b*) : *Si quis dixerit, Missæ sacrificium tantum esse laudis, et gratiarum actionis, aut nudam commemorationem sacrificii in Cruce peracti, non autem propitiatorium; vel soli prodesse sumenti; neque pro vivis, et defunctis, pro peccatis, pœnis, satisfactionibus, et aliis necessitatibus offerri debere, anathema sit*.

Quæres. *Num tale Sacrificium rite peragatur in honorem Sanctorum?*

§. 30. ℟. affirm. : Nam sacrificio Missae, Deo de Sanctorum victoriis gratias agimus, eorum patrocinia imploramus, ut ipsi pro nobis intercedere dignentur in Caelis, quorum memoriam agimus in terris. Quare Concilium Tridentinum ita statuit

(a) *Catechesi V.*
(b) *Sess. XXII. Can. 3.*

tuit (*a*): *Si quis dixerit, imposturam esse, Missas celebrare in honorem Sanctorum, et pro illorum intercessione apud Deum obtinenda, sicut Ecclesia intendit, anathema sit* (*b*).

Quæres. *Utrum Missæ, quæ privatæ dicuntur, licitæ sint?*

§. 31. ℟. affirm.; Nam hae Missae privatae, quae nempe celebrantur a Sacerdote, nullo alio, praeter Sacerdotem solum, Sacramentaliter communicante, ab Ecclesia approbantur, et commendantur. Audiatur Tridentina Synodus de talibus Missis loquens (c): *Optaret quidem Sancta Synodus, ut in singulis Missis fideles adstantes, non solum spirituali affectu, sed sacramentali etiam Eucharistiæ perceptione communicarent, quo ad eos Sanctissimi hujus sacrificii fructus uberior proveniret; nec tamen, si id non semper fiat, propterea Missas illas, in quibus solus Sacerdos sacramentaliter communicat, ut privatas et illicitas damnat, sed probat, atque adeo commendat: siquidem illæ quoque Missæ vere communes censeri debent; partim*

(a) *Ibid. Can. V.*
(b) *Leg.* Bellarminus *de Missa Lib. II. Cap. VIII.*
(c) *Sess. XXII. Cap. VI.*

*tim quod in eis populus spiritualiter communicat ; partim vero quod a publico Ecclesiæ Ministro , non pro se tantum , sed pro omnibus fidelibus, qui ad Corpus Christi pertinent, celebrentur* (*a*) .

Quæres . *Num Ecclesia potestatem a Deo acceperit instituendi dies festos , cæremonias, ac jejunia, præcipiendo ut a fidelibus religiose observentur?*

§. 32. ℟. affirm. : Nam Ecclesiae, ejusque Supremis Praelatis , atque Pastoribus potestas a Deo data fuit ferendi Leges Ecclesiasticas, obligantes in conscientia ( §. 159. Tomi I. , et 110. Tomi III. ); Ergo etc. Praeterea Ecclesia Christi Sponsa, et omnium fidelium pia Mater, ea omnia potest instituere , et religiose a fidelibus observanda praecipere , quae ad Dei cultum tum promovendum , cum augendum conferre cognoscit , et fidelibus spirituale emolumentum afferre ; Atqui dies festi , caeremoniae, et jejunia, ut liquido patet, ad Dei honorem , et debitum cultum, vel maxime conferunt , quippe sive in se, sive in sanctos suos laudatur , et colitur Deus ; et fidelis in his festis diebus, magis

(a) *Vide alia quæ desiderantur apud* Berti *de Theolog. Discipl. Lib. XXXIII. Cap. XXI.*

gis Deo famulatur, eique adhaeret, necnon et bona spiritualia multa sibi comparat; Insuper caeremoniis sacris ad Sacramentorum dignitatem agnoscendam assurgit; Atque jejuniis sibi Deum propitium peccatis, et misericordem reddit; Ergo etc.

TRA-

# TRACTATUS II.

*De mediatione Christi. De invocatione Sanctorum, eorumque cultu. De Sacris Immaginibus, et Reliquiis.*

MUndum hunc malis, atque periculis undique plenum esse, satis quisque experitur. Nostra itaque multum interest nosse, ad quem recurrere debeamus, ut Deo reconciliati, misericordiam inveniamus et gratiam in tempore opportuno, atque a malis, periculisque liberati, pacem habeamus, quantum hic fieri potest, ab hostibus tum animae, cum corporis; vel saltem patientia, adversa propter Deum sustinentes, divinas reportemus promissiones. De hoc ergo apud Deum Patrem pro nobis Mediatore; deque aliis advocatis, atque intercessoribus nostris, in hoc Tractatu verba faciemus.

## CAPUT I.

*De Mediatione Christi.*

§. 33. MEdiator hic dicitur, qui inter dissidentes se medium ponit, ut eos

 in-

invicem reconciliet, et in pace constituat.

§. 34. Quatrupliciter autem quis potest esse mediator; vel 1. nempe ut internuntius, et interpres partium, quae sibi adversantur, ut vicissim cognito quid quaeque velit, alteram cum altera convenire faciat; vel 2. ut arbiter, temperando vicissim dissidentium jura, eosque ad invicem componendo; vel 3. uti advocatus, aut intercessor unius apud alterum; vel tandem 4. uti sponsor, parti offensae pro altera plene satisfaciendo.

§. 35. Tribus prioribus modis, Christum Dominum mediatorem esse, non diffitentur asserere Sociniani; at eum plene satisfecisse pro peccatis nostris, non concedunt. Franciscus Stancarus Mantuanus docuit, Christum Mediatorem fuisse ratione solius humanitatis; e contra, ratione Divinitatis eum talem fuisse tenebat Osiander. Calvinus vero secundum utramque naturam, tam Divinam nempe, quam humanam, Christum Mediatorem fuisse asseruit: Idipsum docuerunt Henricus Bullingerus, Petrus Martyr, Josias Simlerus, Martinus Kemnitius, et Melancthon. Catholici aliter sentiunt. Unde sit.

Pro-

## Propositio I.

*Christus Dominus est verus Mediator inter Deum, et homines.*

§. 36. Prob. Nam 1. Christus Dominus fuit internuncius a Deo Patre ad nos missus, ut ejus voluntatem nobis aperiret, atque exponeret, ut illi nos conformantes, pacem cum eo haberemus: *Unigenitus* namque, ait S. Joannes Evangelista (*a*), *qui est in sinu Patris ipse enarravit nobis*: Et Christus ipse apud eundem (*b*): *Omnia quæcumque audivi a Patre meo, nota feci vobis*. 2. Christus Dominus fuit arbiter; *Ipse* enim, scribit Apostolus ad Ephesios (*c*), *est pax nostra, qui fecit utraque unum, et medium parietem maceriæ solvens, inimicitias in carne sua, legem mandatorum decretis evacuans, ut duos condat in semetipso in unum novum hominem, faciens pacem, et reconciliet ambos in uno corpore Deo per crucem, interficiens inimicitias in semetipso*. III. Chri-



(a) Cap. I v. 18.
(b) Cap. XV. v. 15.
(c) Cap. II. v. 14. 15.

stus fuit, et est pro nobis apud Patrem advocatus, et intercessor. Nam ait S. Joannes (a): *Advocatum habemus apud Patrem, Jesum Christum*; et Apostolus ad Romanos (b): *Jesus Christus, qui mortuus est, imo qui et resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis*. IV. tandem Jesus Christus pro nobis divinæ justitiæ satisfecit, et omne debitum solvit. Nam *Christus*, scribit Apostolus ad Ephesios (c), *dilexit nos, et tradidit semetipsum pro nobis oblationem, et hostiam Deo in odorem suavitatis*; et ad Corinthios (d): *Empti estis pretio magno*; Unde S. Petrus inquit (e): *Non corruptibilibus auro, vel argento redempti estis . . . sed pretioso sanguine . . . Christi*. Ex quibus, en argumentum: Christus Dominus est verus Mediator inter Deum, et homines si fuit internuncius, sive legatus; si fuit arbiter; si fuit advocatus, et intercessor; si tandem omne debitum pro nobis solvit; Atqui ex dictis, talis est Christus; Ergo etc.

PRO-

(a) *Epist. I. v. 1.*
(b) *Cap. VIII. v. 34.*
(c) *Cap. V. v. 2.*
(d) *Epist. I. Cap. VI. v. 20.*
(e) *Epist. I. Cap. I. v. 18. 19.*

## PROPOSITIO II.

*Jesus Christus est Mediator ut Homo-Deus.*

§. 37. PRob. Apostolus ad Timotheum scribens, ait (*a*): *Unus Mediator Dei, et hominum homo Christus Jesus*; Sed Christus Jesus est homo Deus (§. 394. T. II.); Ergo etc. Et sane: *Mediator, inter Deum, et homines*, inquit S. Augustinus (*b*), *oportebat ut haberet aliquid simile Deo, et aliquid simile hominibus, ne in utroque hominibus similis longe esset a Deo; aut in utroque Deo similis, longe esset ab hominibus, atque ita mediaton non esset*; Atqui talis est Christus homo Deus; Ergo etc.



(a) *Epist. I. Cap. II. v. 4.*
(b) *Lib. X. Conf. Cap. IV.*

## Caput II.

### *De Mediatione Sanctorum.*

§. 38. Præter Christum Dominum, unicum mediatorem principalem, alios quoque mediatores secundarios quidem inter Deum et homines admittendos esse, nemo Catholicorum dubitat. Ecclesia namque, quæ columna est, et firmamentum veritatis, ubique terrarum Sanctorum festivitates celebrat, ut ipsi pro nobis intercedere dignentur in Cælis, quorum memoriam agimus in terris, eosque suppliciter orat, ut a Deo, et Domino nostro Jesu Christo gratias, et dona, et auxilia impetrent, nec non ipsum Deum Patrem, ac filium ejus Jesum Christum adprecatur, ut quod nostris meritis obtinere non valemus, eorum meritis, et patrocinio assequamur. Verum huic Ecclesiæ doctrinæ, et praxi, non pauci Hæretici tam antiqui, quam recensiores adversantur. Nam

§. 39. Aetius, Vigilantius, Claudius Taurinensis, Petrobrussiani, Waldenses, et Wiclefitæ, Sanctos invocandos non esse asseruerunt, cum ipsi nec nostra sciant, nec pro nobis orent. Stultitia namque est,

ajebat Wiclefus, recurrere ad scurras Principis, quando ipse Princeps est paratissimus per se audire: vel sectari turbidos rivos, quando fons ipse patet. Idipsum docuerunt Lutherus, Melacthon, Brenzius, et Calvinus, dicentes non haberi Sacris in literis, Sanctos mortuos orare pro vivis; atque esse inutile, et illicitum orare Sanctos, aut Angelos, aut homines, ut pro nobis orent; inutile quidem, quia ut ait Calvinus, non habent longas aures, ut nostras preces audiant, illicitum, quia obscuratur gloria Christi, qui unus est Dei, atque hominum mediator (*a*). Contra quos, aliosque sit.

## PROPOSITIO I.

*Sanctì cum Christo regnantes, quid nobis opus sit sciunt; nostrasque preces audiunt.*

§. 40. PRob.: Sancti cum Christo regnantes ampliora dona, et perfectiora beneficia obtinent in Cælo præ illis quæ habuerunt in terris; Atqui Sanctis conces-

 sum

(a) *Vid.* Coccius *Tomo I. Thesauri Catholici Lib. V. Art. VI.*

sum est in terris aliquando ut scirent cordium arcana, secreta consilia, et quæ in dissitis locis peragebantur; Ergo multo magis id concessum est eis in Cælis; Adeoque etc. Prob. min. Samuel cognovit omnia quæ erant in corde Saulis (*a*). Eliseus scivit omnia, quæ a famulo absente peragebantur (*b*); et perspecta habuit omnia secreta consilia Regis Syriae, eaque Regi Israelis referebat. S. Petrus scivit occultam fraudem Ananiæ, et Saphiræ circa pretium agri (*c*). Ergo Sanctis etc.; adeoque multo magis etc. (*d*).

## PROPOSITIO II.

*Sancti nostras preces audientes, et quid nobis opus est scientes, orant pro nobis Deum.*

§. 41. PRob. I. ex Scripturis. Judas Machabæus in somnis vidit Oniam Sacerdotem, jam defunctum, manus extendentem,

(a) *Lib. I.* Regum *Cap. IX. v.* 19.
(b) *Ibid. Lib. IV. Cap. V. VI.*
(c) *Actorum Cap. V.*
(d) *Vid. S. Aug. de Civit. Dei Lib. XXII. Cap. XXIX.*

tem, et orantem pro populo (*a*). Postea vidit et alium virum ætate gravem, et gloria mirabilem, et audivit Oniam dicentem: *Hic est, qui multum orat pro populo, et universa Sancta Civitate, Jeremias Propheta Dei*. S. Petrus ita de seipso loquitur, morti proximus (*b*): *Certus, quod velox est depositio tabernaculi mei, secundum quod et Dominus noster Jesus Christus significavit mihi. Dabo autem operam, et frequenter habere vos post obitum meum, ut horum memoriam faciatis*. Ergo etc.

§. 42. Prob. II. Patrum traditione perpetua et constanti. S. Basilius Magnus (*c*): » Suscipio ait Sanctos Apostolos, Prophetas, Martyres, qui pro me apud Deum supplicant, quo per illorum mediationem propitius mihi sit Deus noster, et remissionem peccatorum mihi gratis largiatur «. S. Joannes Chrysostomus (*d*) ita Deum precatur: » Precibus Sanctorum tuorum salva nos Domine . . . . et omnium Sanctorum supplicationibus visita nos Deus «. S. Hieronymus (*e*): » Si

(a) *Lib. II. Machab. Cap XV. v. 12. 14.*
(b) *Epist. II Cap. I. v. 14. 15.*
(c) *Homil. XX.*
(d) *In Liturgia.*
(e) *Advers. Vigilant. Cap. III.*

» Si Apostoli, ait, et Martyres; adhuc
» in corpore constituti possunt orare pro
» cæteris, quando pro se adhuc debent
» esse solliciti: quanto magis post coro-
» nas, victorias, et triumphos «? Tandem S. Augustinus (*a*): » Dominus no-
» ster Jesus Christus, inquit, adhuc in-
» terpellat pro nobis: omnes Martyres,
» qui cum illo sunt, interpellant pro no-
» bis «; Ergo etc.

PROPOSITIO III.

*Sanctorum orationes Deo placent, et ab eo exaudiuntur.*

§. 43. PRob.: Sancti atque justi, utpote Dei amici, a Deo diliguntur; quoties ergo illi Deum pro nobis orant, eorum orationes Deo sunt acceptae, et ab eo exaudiuntur. Unde legitur (*b*): *Orationes justorum exaudientur*. Igitur etc. Prob. consa. Deus orationibus Sanctorum suorum plura hominibus in hac vita, etiam peccatoribus elargitus est. Ita precibus Loth

(a) *Ad Psal.* 85.
(b) *Proverb.* XV. v. 29.

Loth non destruxit Civitatem Segor (a); precibus Moysis, pluries pepercit Israelitico populo (b), ejusque inimicos perdidit; precibus Eliae, et Elisei multa miracula patravit (c); precibus Job, peccatum amicorum ejus dimisit; et ut alia taceamus, precibus S. Petri, Tabitam mortuam reviviscere fecit (d), ac precibus S. Pauli, Patrem Publii febribus, et dissenteria vexatum salvum fecit; Ergo etc.

Dices. Non negatur Sanctorum viventium orationes Deo placere, atque ab eo exaudiri; sed mortuorum; nulla ergo adducta probatio.

§. 44. ℟. Si Sanctorum viventium orationes Deo placuerunt, multo magis ei placent illae Sanctorum mortuorum. Cum namque Sancti in Caelis Deo summo bono fruantur, eique ita adhereant ut unus Spiritus sint cum eo, profecto quod petunt acceptum non esse Deo nequit, et ab eo non exaudiri, (si aliud tamen expedire Divinae Majestati non videbitur). Deinde si Sanctorum in Caelis regnantium preces Deo non placerent, ab eo utique non

(a) *Genesis Cap XIX. v. 21.*
(b) Exodi *Cap. XV. XVII.*, *& alibi.*
(c) *III. Regum Cap. XVII.*, *& Lib. IV. Cap. IV.*
(d) Actorum *Cap. IX. v. 40.*

non exaudirentur; neque proinde Sanctorum intercessionibus aliquid a Deo fuisset obtentum, nulla miracula ad eorum invocationem patrata; imo adversa potius hominibus obvenissent; Atqui ad Sanctorum invocationem, ut Ecclesiasticae historiae testantur, beneficia plurima, et gratiae obtinentur a Deo; surdi auditum, caeci visum; muti loquelam, languidi, et infirmi sanitatem obtinuerunt, ipsi mortui ad vitam revocati sunt; et alia omnis generis miracula, et stupenda prodigia patrata sunt; Ergo etc.

## PROPOSITIO IV.

*Sanctorum invocatio non opponitur Christi mediationi.*

§. 45. PRob.: Nam Sancti non invocantur a nobis ut mediatores primarii, sicuti invocatur Christus, sed ut secundarii intercessores apud Deum, et ipsum Dominum Jesum Christum. Ergo etc. Deinde si ex ipsorum Haereticorum concessione possumus adhibere mediatores justos viventes, atque eorum orationibus nos commendare, quin Christo injuriam fa-

faciamus, cur etiam non mortuos? Praeterea si nos Sanctos invocamus ut sint nostri mediatores, non id facimus quasi fidentes Jesu Christo non simus; scimus enim, et confitemur non esse aliud nomen sub Caelo datum hominibus, quam nomen Jesu, in quo oporteat nos salvos fieri; atque Sanctos, omnem vim precandi, atque impetrandi a Jesu Christo principali mediatore accepisse; unde Ecclesia semper concludit orationes: *Per Dominum nostrum Jesum Christum etc.*; Confidimus itaque in Jesum Christum, sed Sanctos quoque invocamus, ut eorum meritis et intercessionibus a Deo Patre, et Filio ejus, quod petimus facilius impetremus; quod certe in Dei honorem, et gloriam cedit, qui coronat Sanctos suos, et ipsis mediantibus largitor bonorum, et dives in misericordia ostenditur. Tandem si Sanctorum invocatio esset opposita mediationi Christi, Deo non placeret; Atqui Deo placet, et ita quidem ut stupenda miracula efficiat (§. 43. 44.); Ergo etc.

## PROPOSITIO V.

*Licitum est Sanctos cum Christo regnantes invocare.*

§. 46. PRob.: Sanctorum cum Christo regnantium invocatio non est Deo injuriosa, nec mediationi Jesu Christi opposita ( §. 45. ); Ergo etc. Deinde placet Deo ut Sancti invocentur; placent enim ei Sanctorum orationes, quas illi a nobis rogati, pro nobis ad ipsum faciunt ( §. 43. ); Ergo licitum est etc.

## PROPOSITIO VI.

*Sanctorum invocatio utilis est; non autem præcepta.*

§. 47. PRob. Sancti sciunt quid nobis est opus in hoc Mundo, et nostras audiunt preces ( §. 40. ); ipsi orant Deum pro nobis ( §. 41. ); eorum orationes Deo placent, et ab ipso exaudiuntur; unde eorum intercessionibus plurima beneficia in nos dimanant; et innumera patrantur a Deo miracula ( §.

43.

43. 44. ); Ergo Sanctorum etc. Quare Tridentina Synodus, mandat Episcopis et Pastoribus, ut fideles de Sanctorum intercessione diligenter instruant (a), *docentes eos, Sanctos una cum Christo regnantes orationes suas pro hominibus offerre; bonum, atque utile esse simpliciter eos invocare, et ob beneficia impetranda a Deo per filium ejus Jesum Christum Dominum nostrum, qui solus noster Redemptor, et Salvator est, ad eorum orationes, opem auxiliumque confugere: illos vero, qui negant Sanctos, æterna felicitate in Cælo fruentes, invocandos esse . . . . . impie sentire.*

§. 48. Prob. II. Si Sanctorum invocatio esset præcepta, id constaret vel ex Scriptura, vel ex traditione, vel ex Conciliis, vel ex aliquo Decreto Ecclesiæ; Atqui nullibi constat extare tale præceptum; Ergo etc. (*b*).

Objic. *Prope est Dominus omnibus invocantibus eum*, ait Regius Psaltes (*c*); Ergo prorsus inutile est Sanctos in Cælo,

tam

(a) *Sess.* XXV.

(b) *Vid.* Becanus *Tomo V. Opusculorum Opusc. I. Q. V. & seq.*

(c) *Psal.* 144. v. 18.

tam longe a nobis distantes invocare, ut bona consequamur.

§. 49. ℟. Licet Deus, quia ubique est, prope sit omnibus invocantibus eum, non ideo sequitur esse inutile Sanctos in Cælo existentes invocare; nam multa Deus concedere decrevit per merita et intercessiones Sanctorum, et non aliter. Poterat certe Deus Abimelech sanare a contracto morbo propter Saram, quam sibi tulit in uxorem, et nonnisi mediantibus orationibus Abrahae id voluit; dixit namque illi (a): *Redde viro suo* (idest Abrahae) *uxorem . . . et orabit pro te, et vives*; *de facto, orante Abraham, sanavit Deus Abimelech etc.* Poterat Deus Jobi amicis ignoscere, at nonnisi per ipsius Jobi orationes id facere voluit; Unde et dixit illis (b): *Ite ad servum meum Job, et offeret holocaustum pro vobis. Job autem servus meus orabit pro vobis: faciem ejus suscipiam, ut non vobis imputetur stultitia*. Ita pariter potest Deus per seipsum, quod nobis opus est concedere, at multa non aliter vult concedere, quam per intercessionem Sanctorum, ut experien-

(a) *Genesis Cap. XX. v. 7.*
(b) *Cap. XLII. v. 8.*

rientia continua patet. Quod vero Sancti distent a nobis, id non impedit, quominus videant quibus nos indigemus; et audiant nostras preces. Nam id Sancti non percipiunt sensibus corporis, sed in Deo vident.

Contra. Atqui prorsus inutile est, Sanctos in Caelo existentes invocare., cum tam prope habeamus Deum, quem invocemus; ergo a capite argm. Prob. subsm. Deus solus novit corda omnium (*a*); *Mortui vero nihil norunt amplius* (*b*); Ergo etc.

§. 50. ℞. Deus etc. per scientiam infinitam, et essentialem, conc. ans; ad exclusionem aliorum, qui scientiam habent participatam, n. ans; et admisso alio Scripturae testimonio in sensu explicando, n. consm. Secreta cordium penetrare solius Dei est, qui sua natura, infinita scientia pollet, unde et *Deus scientiarum Dominus* dicitur (*c*); et (*d*) *vincens scientiam nostram*; nihil autem obstat, quominus id a Deo homini concedatur; quemadmodum pluries cum

d Pro-

(a) *III. Regum Cap. VIII. v. 39.*
(b) Ecclesiast. *Cap. IX. v. 5.*
(c) I. Regum *Cap. II. v. 3.*
(d) Job. *Cap.* XXXVI. *v.* 26.

Prophetis, Apostolis aliisque factum esse Sacrae literae testantur. Quare scientia participata, atque a Deo accepta, optime possunt Sancti occulta scire, atque secreta cordium penetrare. Neque contra hoc facere putandum est, quod ait Ecclesiastes citato loco; ibi namque non negat Sanctis scientiam eorum, quae hic peraguntur, sed tantum vult ostendere operandum esse bonum in hac vita, quae nobis ad merendum data est, quia post mortem nihil amplius noscit homo, quod possit prodesse ad salutem, et nihil habet quod possit adjicere ad illud, quod secum tulit de hoc Mundo, ut Deo magis placeat, aut ab eo uberiorem mercedem accipiat.

Objic. II. *Unus* est mediator hominum Christus Jesus, per quem habemus accessum ad Patrem; Ergo frustra alios mediatores invocamus; Adeoque etc.

§. 51. ℟. dist. ans. Unus etc. principalis, sine exclusione aliorum, qui sunt secundarii, conc.; secus n. ans cum consa. Unus utique est principalis noster mediator Christus Dominus (§. 36.); at non per hoc excluduntur mediatores secundarii, Sancti nempe in Caelo regnantes, qui vim mediandi ab ipso parti-

ticipant; et per ejus merita; Unde sicut non frustra hanc eis vim contulit Christus Dominus, ita non frustra a nobis invocantur.

Contra. Atqui frustra alios mediatores invocamus; Ergo n. r. Prob. subsm. Christus Dominus, licet in Caelis ad dexteram Patris, adhuc est vivens ad interpellandum pro nobis, et nos advocatum habemus eum apud Patrem, qui utique pro sua reverentia a Patre exauditur; Ergo etc.

§. 52. ℟. Si hoc argumentum valeret, dicere deberemus, non esse amplius orandum nec pro aliis, nec pro nobis ipsis. Unusquisque enim dicere posset: Ego sum peccator, et nullius meriti; Christus est Justus, et meriti infiniti; meæ itaque orationes apud Deum nihil valent; valent vero quammaxime illæ Christi; Jam vero Christus interpellat pro me semper, et exauditur; ut quid ergo frustra tempus insumam in precibus fundendis? Jam vero hoc impium est dicere: Christus namque ipse docuit (a): *oportet semper orare, et numquam deficere*; et ad orandum in Horto discipulos secum habere voluit; et S. Jacobus



(a) Lucæ Cap. XVIII. v. 1.

bus (*a*): *Orate pro invicem ut salvemini*. Si ergo non obstante Christi apud Patrem continua mediatione, adhuc debemus orare pro nobis, et pro aliis; stante eadem mediatione possunt Sancti in Cœlis Deum pro nobis orare, et exaudiri; et consequenter non frustra eos invocamus.

## CAPUT III.

### *De adoratione Christo ut homini debita*.

§. 53. ADoratio tam *Latriæ*, quam *Duliæ*, atque *Hyperduliæ* (§. 7.) duplex est; *absoluta* nempe, et *relativa*, vel *respectiva*. Prima est illa, quæ alicui præstatur propter excellentiam intrinsecam vel sibi, vel supposito; hujus adorationis capax est sola rationalis substantia; secunda vero est illa, quæ alicui rei præstatur propter aliquam personam excellentem, ad quam res illa habet aliquam habitudinem, vel relationem; atque hujus capax est quælibet res, quæ ha-

(a) Cap. V. v. 16.

habitudinem habet ad substantiam intellectualem.

§. 54. Christi humanitas, quoad adorationem, tripliciter considerari potest: 1. quatenus concipitur ut hypostatice unita Verbo Divino, et sic concepta adoratur. 2. prout apprehenditur separata a Verbo, et sic adoratur. 3. tandem ut consideratur secluso omni ordine ad suppositum Verbi, et solummodo quatenus ab illa multa consecuti sumus beneficia.

§. 55. Circa adorationem humanitatis Christi priori modo inspectam, variæ sunt Theologorum sententiæ. Volunt aliqui Christi humanitatem, ut Divinitati Verbi unitam, non esse adorandam adoratione Latriæ, sed Hyperduliæ. Putant alii eam adorandam quidem esse adoratione Latriæ, at largo modo, non stricte sumpta. Opinantur tandem permulti eam vera adoratione Latriæ adorandum esse; atque hæc sententia communis est hodie inter Theologos; Unde sit

PROPOSITIO

*Christus ut Deus-homo unica adoratione Latriæ adorari debet.*

§. 56. PRob. 1. ex Scripturis. Apostolus ad Hebræos scribens, ait (*a*): *Et cum iterum introducit primogenitum in Orbem Terræ, dicit: et adorent eum omnes Angeli Dei*; et ad Philippenses, inquit (*b*): *donavit illi nomen, quod est super omne nomen: ut in nomine Jesu omne genuflectatur, cœlestium, terrestrium, et infernorum*. Revera cum natus esset Jesus, Magi ab Oriente venerunt cum muneribus adorare eum, et jam *procidentes adoraverunt eum* (*c*). Cæcus Evangelicus cum lumen a Jesu Christo recepisset, et scivisset eum esse Messiam expectatum, et Filium Dei, *procidens adoravit eum* (*d*). Leprosus pariter *veniens adorabat eum* (*e*), et agnoscens ejus divinam potentiam

---

(a) *Cap.* I. *v.* 6.
(b) *Cap.* II.
(c) Matth. *Cap.* II. *v.* 11.
(d) Joan. *Cap.* IX. *v.* 38.
(e) Matthæi *Cap.* VIII. *v.* 2.

tiam in morbis curandis, dicebat: *Domine, si vis, potes me mundare*. Tandem cum a morte resurrexisset, et dixisset mulieribus: *Avete, illæ accesserunt, et tenuerunt pedes ejus, et adoraverunt eum* (*a*). Ergo etc.

§. 57. Prob. II. ex Concilio Lateranensi sub Martino I. (*b*), in quo ita legitur: *Si quis in duabus naturis adorari dicit Christum, ex quo duas adorationes introducunt separatim Deo Verbo, et separatim homini . . . . sed non una adoratione Deum Verbum incarnatum cum propria ipsius carne adorat, sicut ab initio Ecclesiæ Dei traditum est, talis anathema sit*. Ergo etc.

Objic. Christi Domini humanitas non debet adorari ut Deus; sed soli Deo cultus Latriæ debetur; Ergo falsa propositio.

§. 58. ℟. dist. maj: Christi Domini etc. primario, et propter se, conc. maj., secundario, et propter excellentiam increatam Verbi, seu suppositi, n. maj.; et conc. min, in data dist., n. consm. Cum Christi humanitas, non in humana,

 sed

(a) *Ibid. Cap.* XXVIII. *v.* 9.
(b) *Consult.* 4. *Can.* 9.

sed in subsistentia Verbi Divini subsistat; unde non duæ, sed una sit Christi persona, nempe Verbi, et non duo, sed unus sit Christus; ideo cum Verbi Divini persona adoratione Latriæ adorari debeat, eadem quoque adoratione humanitas Verbo unita, in unitate personæ adorari debet. In Christo namque Divinitas, et humanitas separari ab invicem nequeunt, ut hæc una, illa alia adoratione adoretur; tunc quidem duo, non unus esset Christus. Humanitas itaque non adoratur primario, et per se ut Deus, sed secundario, et propter increatam excellentiam Verbi sui suppositi.

Contra. Atqui Humanitas, nec etiam ut Verbo unita, adoratione Latriæ adorari debet; Ergo n. r. Prob. subsm. Humanitas etiam Verbo unita non desinit esse creatura; Ergo etc.

§. 59 R'. cum S. Athanasio (*a*): » Nos creaturam non adoramus: absit. » Ethnicorum enim, et Arianorum est » hujusmodi error. Sed rerum creatarum » Dominum, carnem factum, Dei Ver» bum adoramus. Etsi enim ipsa caro » seorsum spectata, pars sit rerum crea» tarum, attamen Dei facta est corpus. ........ » Ne-

(a) *In Epistola ad Adelphium*.

» Neque vero hujusmodi corpus a Ver-
» bo dividentes adoramus, atque cum
» Verbum volumus adorare, ipsum a
» carne removemus » (*a*).

Quæres. *Utrum humanitas Christi, etiam in abstracto considerata coli debeat absoluta adoratione Latriæ?*

§. 60. ℟. negative. Nam ego, ajebat S. Augustinus (*b*) » Dominicam carnem,
» imo perfectam in Christo humanitatem
» propterea adoro, quod a Divinitate su-
» scepta, atque Deitati unita est. De-
» nique si hominem separaveris a Deo,
» ut Photinus, vel Paulus Samosatenus;
» illi ego nunquam credo, nec servio;
» velut si quis vestem, aut purpuram,
» aut diadema regale jacens inveniat,
» numquid conatur ea adorare? Cum
» vero Rex ea fuerit indutus, periculum
» mortis incurrit si ea simul cum Rege
» quis contempserit ». Et sane adoratio Latriae enti debetur propter summam increatam excellentiam (§. 7.); Atqui humanitas Christi, in abstracto considerata, nec Verbo unita, nullam habet hujusmodi excellentiam; Ergo etc.

Quæ-

(a) *Vid.* Fraffen *de Adorat. Christi*. Antoinè *de Incarn. Cap.* VII. Duoa'q.

(b) *Serm.* 58. *de Verbis Domini*.

Quaeres. *Utrum Corpus Christi in triduo mortis, Latriæ cultu adorandum esset?*

§. 61. ℟. affirm. Nam si Latriae adoratio carni Jesu Christi non competit, nisi quia a Divinitate fuit suscepta, atque est Deitati unita, ut ait S. Augustinus (§. 59.); sicuti Divinitas a corpore Christi in triduo mortis non fuit separata (*a*), sed cum eo unita, ita et corpori Christi in triduo mortis Latriae adoratio debita fuisset. Nam Christi humanitatem, quam semel assumpsit Verbum, numquam dereliquit, quare in triduo post mortem, corpori Christi etiam verbi persona fuit unita, et propterea Christi carni in illo triduo Latriæ cultus debetur.

Quaeres. *Num cultu Latriæ Crux Christi, et cætera ejusdem sacratissimæ passionis instrumenta coli possint, et debeant?*

§. 62. ℟. 1. Crux in qua Christus pependit tripliciter considerari potest; vel nempe 1. una cum Jesu Christo in ipsa affixo, vel 2. seorsim inspecta, et ut fuit instrumentum mortis Christi, atque hinc non solum decorata contactu membrorum, sed

(a) *Vid.* S. Bonaventura *P.* IV. Brevil. *Cap.* IX.

sed madefacta sanguine Domini; vel tandem 3. ut est imago Jesu Christi crucifixi. Priori modo inspecta, adoratione latriæ adoranda est; quia crucem cum Jesu affixo adorantes, Christum adoramus; sed Christo adoratio latriæ debetur (§. 56.); ergo et Cruci. Atque in hoc sensu crucem considerans Ecclesia canit (a): *O Crux ave, spes unica ... piis adauge gratiam, reisque dele crimina*; et alibi (b): *O Crux splendidior cunctis astris ... Sanctior universis: quæ sola fuisti digna portare talentum Mundi ... salva præsentem catervam in tuis hodie laudibus congregatam*. Crucem ergo adorando Ecclesia cum Christo ab ipsa pendente, Christum adorat; neque enim Crux lignea ratione, ac sensu pollet, ut possit nostras preces audire, nostrisque laudibus delectari. Secundo modo inspecta, cultu quidem latriæ, sed respectivæ adorandam esse dicimus. Nam cultus absolutus ei exhibetur, qui habet propriam excellentiam intrinsecam; unde et soli substantiæ rationali convenit (§. 53.); Crux autem non habet propriam excellentiam intrinsecam, nec est substantia rationalis, sed ma-

(a) *Hymno in 1. Vesp. Invent. S. Crucis.*
(b) *Ibid. Ant. ad Magn.*

materialis, illamque excellentiam quam habet, atque illum decorem, quo fulget, obtinuit ex contactu membrorum, et sanguinis Christi; Ei ergo adoratio respectiva debetur; ob relationem nempe quam habuit ad Christum; Sed adoratio Christo debita est adoratio Latriæ; Ergo adoratio latriæ respectivæ etc. Tertio tandem modo inspecta, adoranda est ea adoratione, qua coluntur imagines; Sed imagines, ut infra dicetur, adorantur culto relativo; Ergo et tali adoratione adoranda est Crux; Atqui imago Christi adoranda est cultu latriæ respectivæ; Ergo et tali cultu etc. Atque hoc etiam cultu, aliæ Cruces quæcumque, Christi imaginem representantes adorandæ sunt; hoc tamen cum discrimine, quod vera Christi Crux, non solum integra adoratur, sed omnes, et singulæ ejus particulæ eadem adoratione adorantur, idque ob excellentiam, quam obtinuerunt ex contactu membrum Christi; aliæ vero Cruces in tantum adorantur, in quantum ad representandum Christum Crucifixum ordinatæ sunt; unde si mille Cruces inveniantur ad alios fines destinatæ, nullam merentur adorationem.

§. 63. ℟. 2. Spinæ, clavi, lancea, vestes etc., eodem cultu latriæ respectivæ

ado-

adorari debent; Unde S. Joannes Damascenus postquam dixit (*a*), Lignum Crucis merito est adorandum, subjungit: nec non clavi, lancea, vestes etc. adorandas esse. Et sane, aut prædictis instrumentis adoratio debetur, aut nulla; si nulla; ergo errat Ecclesia ea venerando; quod est falsum; Si debetur; Ergo et adoratio latriæ respectivæ, quia illa non propter se, sed propter Christum, ad quem habent relationem adorantur.

Dices I. Non bene se gereret filius, honorem præstando Patris amantissimi patibulo; Ergo non bene se gerunt Christiani Crucem colendo:

§. 64. ℟. dist. ans. Non bene etc., si Pater ipse non elegisset patibulum, veluti instrumentum ad filios a captivitate liberandos, eosque regia dignitate, et maximo honore ditandos, n., si patibulum Patris, infamiam, et alia mala filiis contulisset, conc.; Ergo etc. n. consm. Christus Dominus a seipso Crucem elegit, et in ea oblatus est, quia ipse voluit, ut Satanas, qui in ligno vetito vincebat, in ligno a se suscepto vinceretur. Revera per Crucem Christus Mundum redemit, homines Deo Patri reconciliavit; Adæ debitum sol-

(a) *Apud Fraſſen de Crucis venerat. Cap. I.*

solvit; nosque Dei inimicos, filios Dei fecit, atque Regni Cælestis cohæredes; insuper ipsemet per mortem Crucis, a Deo Patre exaltationem obtinuit, et nomen quod est super omne nomen. Si igitur tot bona a Cruce Domini obtinuerunt Christiani, optime quidem se gerunt, Crucem adorando.

Dices II. Si Cruci, Clavis etc.: deberetur cultus latriae, multo magis deberetur B. Virgini Mariae, quae majorem habuit, atque intimiorem relationem et habitudinem ad Christum; Atqui talis cultus Virgini Mariae non debetur; Ergo nec etiam Cruci, Clavis etc.

§. 65. ℟. Cum Crux, Clavi etc.: non habeant propriam excellentiam, nec sint substantiae intellectuales, cultu respectivo, et non absoluto coli possunt; et quia habitudinem habent ad Christum, qui latriae adoratione adorari debet, cultu latriae respectivae adorantur. Beata autem Virgo Maria, quia substantia intellectualis, et intrinseca excellentia praedita, adoratione absoluta adorari debet; quae utique latria esse nequit, quia illius excellentia non est increata (*a*).

CA-

(a) *Vid.* Fraffen *de Vener. Crucis &c* Boyvin *De Incarn. Cap.* XIII. *de Adorat.* Dupasquier *Tomo VI. q.III.*

## CAPUT IV.

### *De Cultu, qui Sanctis, et Deiparæ debetur.*

§. 66. SAnctos cum Christo regnantes religioso cultu prosequendos non esse, in primis Manichaei docuerunt. Eundem errorem impudenti audacia divulgarunt Eunomius, Eustatius, Vigilantius, et Claudius Taurinensis, nec non Boemi, Waldenses, Wiclefitae, Lutherus, OEcolompadius, Centuriatores Calvinistae, et alii non pauci (*a*). Contra quos semper stetit Ecclesia Catholica. Quod vero ad B. Virginem Mariam peculiariter attinet, Saeculo IV. fuerunt quidam Haeretici, qui Mariam Virginem cultu latriae absoluto adorandam esse dixerunt; quare in sacrificium offerebant ei collyridam, seu placentam; unde et Collydiriani dicti fuerunt. Massiliani e contra, Mariam Virginem nullo dignabantur honore. Constantinus Copronymus, illam aliis fœminis similem in dignitate fecit, postquam Jesum enixa fuit, nullo proinde cultu prosequendam. Lutherus

(a) *Vid.* Coccius *Lib. V. de Sanctis Art.* XII. Bellarminus &c.

rus, et Calvinus indigne ferentes Catholicos, Deiparam summo in honore habere, eamque religiose colere, imprudenter eos, veluti Christo injuriosos, et idololatras accusant, eo praesertim quod in Mariam se spem ponere dicant. Unde Joannes Œcolompadius aperte veritus non est dicere, Mariae venerationem cultum idolorum esse. Verum ut os occludatur loquentium iniqua, et veritas magis elucescat, sit.

### Propositio I.

*Angeli, et Sancti cum Christo regnantes, cultu religioso digni sunt.*

§. 67. Prob.: Angeli sunt Dei ministri, qui Domino adstant, faciuntque ejus voluntatem; Sancti sunt amici Dei, in gaudium Domini sui jam ingressi; Atqui justum, atque rationabile est, ut cultu religioso digni habeantur Ministri, et amici Dei; Ergo etc. Prob. min.: In Libro Regum (*a*) ait Deus: *Qui honorificaverit me honorificabo eum*; et Christus

(a) *Lib. I. Cap. II. v. 30.*

stus Dominus apud Lucam (*a*): *Si quis mihi ministraverit honorificabit eum Pater meus*; Unde jam dixerat David (*b*): *Nimis honorati sunt amici tui Deus*; Atqui Angeli, et Sancti sunt Dei amici, Deum honorificaverunt, atque honorificant, Deoque ministrarunt; Ergo a Deo honorificantur; et consequenter justum, et rationabile est etc.

§. 68. Prob. II. ex Patribus. S. Justinus Martyr (*c*) haec habet: » Sed et » Deum Patrem, et ejus Filium, qui » venit, nosque haec docuit, et aliorum » sequentium, similiumque bonorum An» gelorum exercitum . . . colimus, atque » adoramus, verboque et re, seu verita» te veneramur, idque omnibus, qui di» scere volunt, ut docti, institutique su» mus, copiose tradimus «. S. Augustinus ita scribit (*d*): » Populus Christianus » memorias Martyrum religiosa solemnita» te concelebrat, et ad excitandam imi» tationem, et ut meritis eorum conso» cietur, atque orationibus adjuvetur «.

e Tan-

(a) Joan. *Cap.* XII. *v.* 26.
(b) *Psalmo* 138.
(c) *Apologia II.*
(d) *Lib.* XX. C. Faustum *Cap.* XXI.

Tandem S. Ambrosius (*a*) : » Quisquis, » *ait*, honorat Martyres, honorat et Christum, et qui spernit Sanctos, spernit » et Dominum « ; Ergo etc.

Objic. Sanctis, et Angelis honor debetur, at non cultus religiosus ; nam cultus religiosus soli Deo debetur ; Ergo falsa propositio.

§. 69. ℟. Sanctis, non quilibet cultus, sed cultus religiosus debetur. Nam Sancti a nobis coluntur ob excellentias supernaturales, quas a Deo obtinuerunt ; Sed cultus, qui alicui ob excellentiam supernaturalem praestatur est cultus religiosus (§. 4.) ; Ergo etc. Quod vero soli Deo cultus religiosus debeatur, id intelligendum esse de supremo latriae cultu, non de simplici cultu religioso, satis patet ex dictis.

Contra. Atqui nullus omnino religiosus cultus Angelis, et Sanctis debetur ; Ergo n. r. Prob. subsm. Joanni volenti Angelum cultu religioso adorare, Angelus prohibuit, dicens (*b*) » *Vide ne feceris* . . . *Deum adora* ; Ergo et.

§. 70. ℟. Angelus Joannem prohibuit ne sibi latriae adorationem impenderet, qua

(a) *Serm. VI.*
(b) *Apocal. Cap. XIX. v.* 10.

qua ille Jesum Christum adorare solebat. Cum namque Jesus multoties in forma visibili Joanni apparuisset, putans Joannem, illum, qui tunc sibi apparuerat esse Christum, adorare volebat cultu latriae; quod cum Angelus cognovisset, illi prohibuit, dicens *Deum adora*; quasi diceret: non sum ego Christus, quem tu soles latriae cultu adorare, sed conservus tuus, et Jesu Christo, ut tu es, subditus; non ergo mihi debes latriae adorationem praestare.

## PROPOSITIO II.

*Angelis, et Sanctis cum Christo regnantibus, cultus duliæ absolutæ debetur.*

§. 71. PRob.: Angelis et Sanctis cultus religiosus debetur (§. 67.); Sed hic cultus non est latriae (§. 10. 69.), quia hic soli Deo debetur; Ergo est cultus duliae, et quidem absolutae. Prob. consa. Adoratio absoluta exhibetur personae propter intrinsecam supernaturalem excellentiam quam habet (§. 53.); Atqui Angeli, et Sancti habent intrinsecam

supernaturalem excellentiam, creatam licet; gratia nempe santificante, et gloria ditati sunt; Ergo etc.

## Propositio III.

*BB. Virgini Mariæ absoluta Hyperduliæ cultus debetur.*

§. 72. Prob.: Illi debetur absolutus hyperduliæ cultus, qui Deo quidem est inferior, sed habet excellentiam creatam eminentiorem aliis entibus intellectualibus (§. 7.); Atqui talis est BB. Virgo Maria; Ergo etc. Prob. min. Virgo Maria, ait Angelicus Doctor (*a*), *Angelos in tribus excessit, in quibus cæteros homines excedebat; nempe plenitudine gratiæ, familiaritate Dei, et puritate.* Ac 1. *plenitudine gratiæ*; nam ipsa ait S. Ambrosius (*b*), *a nullo illustrium Sanctorum vincitur in privilegiis gratiæ; et bene gratia plena dicitur, quia gratiam consecuta est* (*c*), *quam nulla alia meruerat*; Et sane, scribit S. Hieronymus

(a) *Opusc. IV.*
(b) *Lib. II. de Instit. Virg.*
(c) *Idem in Cap. II. Lucæ.*

mus (*a*), *cæteris per partes præstatur, in Mariam autem, totius gratiæ quæ in Christo est plenitudo venit*. Secundo *familiaritate Dei*; Nam ipsa fuit Mater Dei, quae namque intimior familiaritas esse potest creaturae cum Deo, quam illa quae mater habet cum filio? Merito Augustinus (*b*), *tanta* inquit, *est Virginis dignitas, eo quod Mater Dei sit, ut plane excedat non solum omnium hominum dignitatem, sed etiam Angelorum*. Tertio tandem *puritate*. *Quæ enim vel Angelica puritas*, inquit S. Bernardus (*c*) *illi audeat comparari, quod digna fuerit Spiritus Sancti Sacrarium fieri, et habitaculum Filii Dei*. Tota pulchra, Sancta, et immaculata a primo Conceptionis suae instanti, tantum gratiae illi concessum fuit, ait S. Augustinus (*d*), ut vinceret ex omni parte peccatum; Et *decuit* quidem, scribit S. Anselmus (*e*), *Virginem ea puritate nitere, qua major sub Deo nequit intelligi*. Pura et Sancta mente, et corpore *Maria mater electa est*, ait S. Augusti-

e 3 nus

(a) *Ad Paulam*.
(b) *Lib. III. de Symb. ad Cathecum.*
(c) *Serm. de Assumpt.*
(d) *Lib. de Nat. & Gratia*.
(e) *Lib. de Concept. Virg. Cap. 18.*

nus (a), *ut de mundissima, mundissimus filius nasceretur*; *quo*, subscribit S. Bernardus (b), *nec primam similem visa est, nec habere sequentem, gaudia matris habens cum Virginitatis honore: Mariæ privilegium est non dabitur alteri*. Ergo etc.

Quæres, *Utrum pie ac religiose erigantur Oratoria, Basilicæ memoriæ Deiparæ, Martyribus, ac Sanctis reliquis?*

§. 73. ℟. affirm. Nam Constantinus Imperator, ut refert Eusebius (c), *Ecclesiam Apostolis dedicavit, quamplurimum utilitatis illorum memoriam animæ suæ conciliaturam existimans*; et teste Timotheo Alexandrino (d), alias quoque Ecclesias jussit aedificari in nomine omnium Sanctorum. Theodosius Imperator, ut refert Sozomenus (e), Ecclesiam S. Joannis Baptistae erexit. Eudoxia (f), quamplurima templa Deo aedificavit, dedicavitque primum templum S. Stephani Protomartyris. Justinianus Imperator, ut scri-

(a) *Apud Ricci pag. 145. Disc. 3.*
(b) *Serm IV de Assumpt.*
(c) *Lib. IV. Vita Constant. Cap. 60.*
(d) *Narrat. de Martyre Menna.*
(e) *Lib. VII. Cap. XXIV.*
(f) *Ex Cyrillo Eremita in vita S. Euphemii.*

scribit Procopius Caesariensis (*a*) : Dei Genitricis passim per Romanum Imperium multas aedes consecravit adeo plane magnificas, et praestantes, tamque ingenti pecuniarum acervo constructas, ut si quis unam dumtaxat aedem conspexerit, hoc solum opus ab ipso elaboratum existimabit; nec non et alia templa aliis Sanctis erexit. Justinianum imitata Theodora ejus conjux, Templum discipulis Christi condidit (*b*). Joannes Ducas, et Irene Imperatrix, ut scribit Nicephorus Gregoras (*c*), Templa elegantissima, maximis sumptibus, amplitudine, et varietate structurae insignia aedificarunt tam Virgini Mariae, quam aliis Sanctis. Idipsum fecerunt per universum Orbem alii Imperatores et Reges non solum; sed et Pontifices, et Episcopi, et Sancti viri non pauci, et Locorum universitates, uti experientia notum est. Et certe ajebat S. Joannes Damascenus (*d*): *Honorandi sunt Sancti, et quidem ita ut in eorum nomine templa Deo extruamus, dona of-*



(a) *Orat. de Ædificiis Justiniani.*
(b) Constantinus *Manasses in Annal. de Justin.*
(c) *Hist. Byzant. Lib. II.*
(d) *Lib. IV. Orthod. Fidei Cap.* XVI.

*feramus*, *eorumque memoriam colamus* (a).

Dices: Làtriae cultus est Ecclesias, et templa Deo aedificare; ergo soli Deo, et non aliis Sanctis templa aedificari possunt.

§. 74. ℟. Cum nos erigimus Ecclesias, Oratoria etc., easque dicimus dedicare Sanctis, vere et proprie non erigimus, neque aedificamus nisi Deo, ob memoriam tamen, et honorem Sanctorum; Quare soli Deo latriae cultum, templorum erectione, praestamus, Sanctis vero honorem et cultum duliae.

Quaeres: *Utrum pie, ac religiose instituta sint festa in honorem Deiparae, aliorumque Sanctorum?*

§. 75. ℟. Adfirm.: Nam pie illud et sanctum institutum est, quod in Dei gloriam, et Sanctorum honorem redundat; quod nobis utilitatem spiritualem, atque etiam temporalem affert; Atqui talia sunt Festa ab Ecclesia in honorem Deiparae, aliorumque Sanctorum instituta; Ergo pie, ac religiose etc.: Prob. min.: Et quoad primum. Festa Sanctorum in Dei gloriam redundant. Nam cum Sancti quidquid donorum, et gloriae habent; quidquid boni

---

(a) *Vid.* Coccius *Lib. V. de Sanctis Art.* XIII.

boni atque perfecti in hac vita fecerint, aut adversi ob virtutis, et Dei amorem sustinuerint, totum a Deo recognoscant, a quo omne bonum descendit, profecto eorum festa celebrantes, et eorum gesta recolentes, recordamur operum Dei, et eorum quae Deus illis elargitus est; unde dum illos honoramus, Deum in illis glorificamus, ejus potentiam, misericordiam, largitatem etc. admiramur, et colimus; et colendo talia Dei attributa, et quanta fecit Deus Sanctis suis, magis ejus amore accendimur, fide roboramur, et spe erigimur fore ut Deus similia nobis elargiatur, ut et in nobis quoque glorificetur. Deinde Festa Sanctorum magnam nobis afferunt utilitatem spiritualem, atque etiam temporalem. Nam *quotiescumque*, aït S. Augustinus (*a*), *Sanctorum Martyrum solemnia celebramus, ita, ipsis intercedentibus, expectemus a Domino consequi temporalia beneficia, ut ipsos Martyres imitando accipere mereamur æterna*; et S. Joannes Chrysostomus (*b*): *Nemo est qui nesciat, Martyrum glorias ad hoc divino consilio a Dei populis frequentari, nisi ut et illis habitus ho-*

(a) *Sermo* XLVII. *de Sanctis*.
(b) *Orat. de Martyribus*.

*honor dicetur, et nobis virtutis exempla, favente Christo monstrentur?* Sane cum Sanctorum festa percolimus, ad imitandas eorum virtutes incitamur, quippe perspicimus quod si illi, eadem qua nos infirmitate circumdati, Dei adjutorio, ad sanctitatem pervenire potuerunt, simili adjutorio idem et nos consequi posse; Ergo etc. (*a*).

Quaeres. *Num proprie Deiparæ ac Sanctis cum Deo regnantibus vota nuncupari possint, aut improprie tantum?*

§. 76. ℟. improprie tantum. Nam cum votum sit proprie actus Religionis, seu latriae, soli Deo est debitus. Quoties ergo vota emittimus B. Virgini, aut aliis Sanctis, intelligimus vovere Deo in honorem Beatae Virginis Mariae, aut Sanctorum, non secus ac cum templa B. Virgini, aut Sanctis dedicantur, soli Deo dedicari intelliguntur; in honorem tamen Virginis, et Sanctorum (§. 73.).

CA-

(a) Vid. Coccius ut supra Art. XLV.

# CAPUT V.

## *De Sanctarum Reliquiarum cultu.*

§. 77. SAnctarum reliquiarum nomine, Sanctorum ab Ecclesia Catholica approbatorum corpora intelligimus, eorumque partes, licet parvas, atque eorum cineres; item vestes; et alia hujusmodi, quibus ipsi speciali ratione usi sunt.

§. 78. Hujusmodi reliquias nulla esse veneratione dignas iidem Haeretici docuerunt, qui Sanctis cultum, et venerationem denegarunt (§. 66.). Ac Vigilantius quidem Sanctarum Reliquiarum cultum, ritum Gentilium appellat, sub praetextu religionis in Ecclesias introductum. Joannes Wiclefus Sepulchra Sanctorum mortuorum illusionis objecta vocavit; Guilhelmus Albus Wiclefi discipulus, adorantes sacras Reliquias idololatriam committere asseruit. Martinus Lutherus, odio erga sacras Reliquias tam vehementer efferbuit, ut diceret: *Vellem terra omnes istas reliquias contectas esse*. Joannes Calvinus eo dementiae pervenit ut effutiret, sacrarum reli-

quiarum cultum, non solum superstitione non carere, sed Idololatriae matrem esse. Tandem alii Haeretici non solis verbis, sed et factis in mortuos Sanctos saevientes, eorum corpora vel igni tradiderunt, vel in mare projecerunt, vel pedibus conculcarunt. Contra quos stant Catholici omnes. Sit proinde

## Propositio I.

*Sanctorum mortuorum cadavera tam in Veteri, quam in Novo Testamento speciali cura, et honore sepulturae tradita sunt.*

§. 79. PRob. Abraham Patriarcha videns quod Sara uxor sua obierat, emit ab Ephron, quadringentis siclis argenti speluncam duplicem, atque ibi sepelivit eam cum honore (a). Cernens Joseph objisse patrem suum . . . praecepit servis suis medicis, ut aromatibus condirent eum (b); et obtenta licentia a Pharaone, cum fratribus suis, et comitatu multo, illius corpus asportavit in terram

(a) Genesi *Cap.* XXIII. *v.* 26. *& seq.*
(b) *Ibid. Cap. L. v.* 2. *& seq.*

ram Chanaan, et in eadem spelunca duplici, in qua sepulta fuerat Sara, sepelivit illud. Sed et in Novo testamento frequentissima sunt, et communia hujusmodi exempla. Cum Judaei Stephanum Levitam lapidassent, viri timorati curaverunt corpus ejus (a), quem morem ad nostram usque aetatem fideles prosequutos semper fuisse, Ecclesiasticae historicae, et illustria ubique nota monumenta testantur. Ergo etc.

## Propositio II.

*Sacrae Sanctorum reliquiae summo studio semper a fidelibus fuerunt conquisitae, atque asservatae.*

§ 80. Probatur historicis monumentis. Ecclesia Smirnensis ad Ponti Ecclesias scribens, ait. » Nos Divi Policarpi ossa potiora lapillis pretiosis, auroque puriora, ex cineribus sublata, eo loco reposuimus, qui illis erat decorus, consentaneusque. Hesychas, ut refert So-

(a) *Actorum Cap.* VIII. v. 7.

Sozomenus (*a*), Reliquias Hilarionis clam abreptas deportavit in Palestinam. Pulcheria Imperatrix inventis Sacris quadraginta Martyrum Reliquiis, Deo preces gratulatorias fundebat, postea pretiosissima theca Martyres honoratos, juxta venerabilem Tyrsum composuit, publica festivitate, ut aequum erat, cum debito honore ac pompa, ac psalmodiis celebrata. (*b*). S. Euthymius, uti scribit Cyrillus Eremita, splendidam, et magnificam fecit dedicationem, deponens sub ara quasdam partes Reliquiarum Martyrum Tarachi, Probi, et Andronici. Cum S. Simeonis Corpus Antiochiam delatum fuisset, illud, ut refert Evagrius (*c*), Leo Imperator ab Antiochenis petivit, qui responderunt ei: Quoniam Civitas mænibus caret (Imperatoris namque furor ea diruit), sanctissimum Simeonis Corpus huc asportavimus, ut nobis et muri, et munimenti loco sit. S. Ambrosius: *Condant alii*, inquit (*d*), *aurum, et argentum. Legant pretiosa monilium serta: temporalis ille thesaurus est, et* sae-

(a) *Lib.* III. *Cap.* XIII.
(b) *Idem Lib.* IX. *Cap.* II.
(c) *Lib.* I. *Cap.* XIII.
(d) *Exhort. ad Virg.*

*saepe habentibus perniciosus*; *nos legimus Martyris clavos*, *et multos quidem*. Idipsum innumeris constat documentis, atque exemplis usque ad nostram aetatem; Ergo etc.

## PROPOSITIO III.

*Multi Sancti post mortem apparuerunt, sua corpora, vel Reliquias revelarunt, et quo loco humari ea vellent, indicarunt.*

§. 81. Prob. Historia Ecclesiastica. S. Sebastianus Martyr, cum post mortem corpus ejus projectum fuisset in cloacam, ter in somnis Lucinam admonuit ubi esset, et quo loco humari vellet. Imperante Honorio, S. Gamaliel, Luciano Presbytero apparens, commonstravit locum, in quo jacebat corpus suum cum corporibus S. Stephani Protomartyris, Nicodemi, ed Abibonis, eique imperavit ut Joannem Jerosolymorum Anthistitem adiret, ageretque cum eo, ut honestius illa corpora sepelirentur, quod et factum fuit. S. Ambrosius, Dei moni-

tu,

tu, cognovit ubi corpora essent SS. Gervasii, et Protasii, eaque inventa, in loco sacro, et insigni collocanda curavit; Deo similiter revelante, invenit conspersa recenti sanguine corpora SS. Nazarii, et Celsi, atque in urbem translata, honorifico sepulchro contegi fecit. S. Joannes Baptista, ut refert Marcellinus Comes (a), caput suum duobus Orientalibus Monachis revelavit, ut ad Herodis quondam Regis habitaculum accedentes, requirerent, fideliterque humo extollerent. S. Rosa Viterbiensis, ter in somnis admonuit Summum Pontificem ut refoderet corpus ejus, et ad Monasterium S. Mariae de Rosis, ut vivens praedixerat, transferret; quod idem de aliis quamplurimis legitur. Ergo etc.

PRO-

(a) *Apud* Coccium *Lib. V.*

## PROPOSITIO IV.

*Deus ad Sanctorum sepulchra , et in Sanctorum Martyrum Reliquiis mirabilia, et stupenda prodigia operatus est , atque operatur .*

§. 82. PRob. Cum cadaver cujusdam in sepulchro Elisei projectum, ejus ossa tetigisset (*a*) , *illico revixit* , *et stetit super pedes suos* . De Corporibus SS. Apostolorum Petri, et Pauli, refert Gregorius Magnus (*b*) , quod tantis miraculis , atque terroribus in suis Ecclesiis coruscabant , ut neque ad orandum, sine magno illic timore, posset accedi ; et de SS. Processo , et Martiniano scribit, quod ad extincta eorum corpora ægri veniunt, et sanantur. Ad sepulchrum SS. Martyrum Protasii, et Gervasii Mediolani, refert S. Augustinus , caecum illuminatum (*c*) ; atque in translatione Reliquiarum S. Stephani , multa miracula patrata

f

(a) *Lib. IV. Regum Cap.* XIII. *v.* 11.
(b) *Lib. III. Epist.* 3. *ad* Constantiam Augustam .
(c) *Lib.* XXII. *de Civit. Dei Cap. VIII.*

ta fuisse. De corporibus SS. refert S. Joannes Damascenus (*a*), quod per ea *Dæmones expelluntur*, *morbi profligantur*, *ægroti sanantur*, *cœci perspiciunt*, *leprosi mundantur*, *tentationes*, *et mœrores discutiuntur*. De S. Didaco, legitur (*b*): *Ad S. Didaci corpus surdi audiunt*, *muti loquuntur*; *paralitici sanantur*, *ab obsessis corporibus Dæmones expelluntur*, *ægroti ad vitam ab ipso mortis limine revocantur*. Tandem, quin plura prosequamur, praeclarum est prodigium illud, quod in sanguine S. Januarii Martyris Neapoli oculis patet; quod nempe, cum ejus sanguis, qui in ampulla vitrea concretus asservatur, in conspectu capitis ejusdem Martyris ponitur, admirandum in modum colliquefieri, et ebullire, perinde atque recens effusus cernitur. Ergo etc.

PRO-

(a) *Lib. IV. de Fide Orthodoxa Cap.* XVI.
(b) *In ejus officio Antiph. ad Ben.*

## Propositio V.

*Sanctarum Reliquiarum cultus non est prohibitus.*

§. 83. Prob. Sanctarum Reliquiarum cultus fuisset illicitus, et prohibitus, Viri probi, et fideles omnium sæculorum, Sanctorum corpora non curassent, nec eorum Reliquias requisivissent, nec requisitas summo studio, tanto honore asservassent; Atqui a fidelibus SS. corpora honorifice sepulta sunt (§. 78.); atque eorum Reliquiæ magno studio conquisitæ, et honorifice asservatæ (§. 79.); Ergo etc. Deinde Sancti plurimi sua corpora, et reliquias revelarunt, et ubi sepeliri ea vellent aperuerunt (§. 80.); Atqui si cultus reliquiarum fuisset prohibitus, Sancti hoc non fecissent; Ergo etc. Tandem Deus nequit miraculis cultum superstitiosum, et prohibitum confirmare; Atqui venerationem Reliquiarum confirmavit, et confirmat miraculis, quæ ad SS. sepulchra operatur (§. 81.); Ergo etc.

## PROPOSITIO VI.

*Sanctarum Reliquiarum cultus utilis maxime est.*

§. 84. PRob. Per cultum Reliquiarum innumera in nos a Deo promanant beneficia, et stupenda patrantur miracula (§. 81.), adeo ut dixerit Damascenus (*a*): Christum Dominum Reliquias SS. nobis præbuisse tamquam beneficiorum salutiferos fontes; Ergo etc. Deinde cultus Reliquiarum est Deo acceptus, qui vult suos amicos et servos a nobis honorari; et ad Deum refertur, qui mirabilis in Sanctis suis manifestatur, quique in illis præsidium nobis posuit et exemplum; Atqui facere quod Deo placet est utile; Ergo etc. Quare Isidorus Pelusiota: *Si te offendit*, ait (*b*), *quod Martyrum corporum cinerem, propter eorum circa Deum charitatem atque constantiam honore afficiamus: eos, qui ab ipsis medicinam accipiunt, interroga, atque quot morbis remedium afferant, intellige. Sic fiet, ut non*

(a) *Lib. IV. de Fide Orthodoxa ut supra.*
(b) *Lib. I. Epist. 55.*

*non modo id, quod a nobis fit, non irrideas, verum etiam quod recte, et cum laude fit imiteris*. Ergo etc.

## PROPOSITIO VII.

### *Sacrarum Reliquiarum cultus est præceptus.*

§. 85. PRob. ex Conciliis. Concilium Nicænum II. (*a*) statuit; nullum Templum consecrandum esse sine Reliquiis, sub pœna depositionis contrafacientibus. Concilium Epaunense (*b*) prohibuit poni Reliquias in Oratoriis villaribus, nisi forsitan Clericos cujuscumque parochiæ vicinos esse contingeret, qui sacris cineribus psallendi frequentia, famularentur. Concilium Bracarense III. (*c*) jussit ut Levitæ Arcam cum Reliquiis gestarent in humeris, non Episcopi fastus, et jactantiæ causa. » Quod si et Episco- » pus Reliquias per se deportare elege- » rit, non ipse a Diaconis in sellula ve- » hatur, sed potius pedissequa una cum » po-



(a) *Can. VII.*
(b) *Cap.* XXV.
(c) *Cap. V.*

» populis progressione procedente ad con» venticula sanctarum Ecclesiarum Sanctae Dei Reliquiae per eundem Episcopum portabuntur ». Concilium Moguntinum (*a*) ait, Corpora Sanctorum de loco ad locum nullus praesumat transferre sine consilio Principis, vel Episcoporum, vel S. Synodi licentia. Idipsum patet ex Conciliis Lateranensi (*b*), et Tridentino (*c*); in quibus modus praescribitur Sacras Reliquias exponendi, atque colendi; Ergo etc. (*d*).

Objic. Deus, Moyse mortuo, voluit occultatum ejus sepulchrum: idque ne cultu religioso a Judaeis prosequeretur; Ergo Reliquiarum cultus est a Deo prohibitus:

§. 86. ℟. dist. ans. Deus etc. cultu Latriae conc. ans., cultu religioso quidem, sed duliae, n. ans cum consa. Quoniam Judaei, moribus Ægyptiorum imbuti, proni erant ad idololatriam, ut eis omnis idololatrandi tolleretur occasio voluit Deus occultatum Moysis sepulchrum.

(a) *Cap.* 51.
(b) *Cap.* 62.
(c) *Sess. XXV.*
(d) *Vid.* Coccius *Lib. V. de Sanctis*: Bellarminus *de Incarn. Lib. II.* Petavius *Lib. XIV. de Inc.*

chrum. Et sane, si Judaei coluerant in Ægypto animalia vilia; si dum Dominus in Sina dabat eis legem per Moysen, et cunctus populus videbat voces, ipsi petierunt Deos, et vitulum aureum adoraverunt, quanto magis cultu Latriae adorassent corpus illius viri, per cujus manus facta fuerant tanta prodigia, et ipsi a servitute Pharaonis liberati, in terram fluentem lacte, et melle introducti fuerant?

Contra. Atqui ideo Deus voluit occultatum Moysis sepulchrum, ut nullus omnino honor ei tribueretur; Ergo n. r. Tempore Christi ablatus erat a Judeis ille idololatrandi timor, et tamen Christus Dominus, Judaeos reprehendit, quod magnifica sepulchra Prophetis aedificarent; Sed hoc Christus non fecisset si aliquis cultus religiosus corporibus, et Reliquiis Sanctorum tribui posset; Ergo etc.

§. 87. ℟. Christus non reprehendit Judaeos praecise quia aedificabant sepulchra Prophetarum, sed quia pravo fine id faciebant, ex hypocrisi nempe, et ut pios erga Prophetas se ostendentes facilius possent ipsum Prophetarum principem persequi. Ideo dicit eos consentire

factis suorum Majorum, qui Prophetas occiderunt; consentire nempe ob voluntatem pravam, quam habebant, Christum occidendi.

Dices. Concilium Eliberitanum (*a*) prohibuit ne cerei accenderentur per diem in caemeteriis, quia *Spiritus Sanctorum*, inquit, *non sunt inquietandi*; et S. Hieronymus ait, quod cereos eorum Reliquiis accendunt, *qui zelum Dei habent, sed non secundum scientiam* (*b*); Ergo etc.

§. 88. ℟. Concilium Eliberitanum ideo prohibuit cereorum accensionem in Caemeteriis, ob periculum, quod tunc erat id faciendi ex Gentilium superstitione, qui cereos accendebant ad evocandas defunctorum animas, quae utique superstitio Sanctis quammaxime displicebat. S. Hieronymus laudato in loco loquitur de illis, qui cereos accendebant ante Reliquias Martyrum ex superstitione, putantes scilicet, illos ab illis luminibus illustrari (*c*).

Ca-

(a) *Can.* 30.
(b) *Ad Vigilan.*
(c) *Vid.* Coccius *ut supra*. Frassen *de Sanct. Reliq.* ntoinè *de Incarn. Art. VII.* Bellarminus.

# Caput VI.

## *De Sanctarum Imaginum usu, atque cultu.*

§. 89. Imago est expressio, vel repraesentatio personae, vel rei subsistentis, veluti hominis, equi, avis etc. Sic autem est dicta ab imitando. Simulacrum a simulando derivatum, est repraesentatio rei falsae, aut fictae; veluti pictura Jani bifrontis, Satyri etc. Idolum vero, ex Theodoreto (*a*), est repraesentatio rei insubsistentis; unde ab Apostolo nihil vocatur; *Scimus enim, inquit* (*b*), *quia nihil est Idolum in Mundo*; quod enim non subsistit, nihil est.

§. 90. Imago itaque ab idolo differt; atque simulacro. Nam illa est repraesentio rei verae, ista autem aut fictae et falsae, aut insubsistentis. Quare Imagines Christi, atque Sanctorum idola dici nequeunt.

§. 91. Porro circa Sanctarum Imaginum usum, et cultum varii fuerunt Romanae Ecclesiae hostium errores. Ac pri-

(a) Q. *VIII. in Exod.*
(b) *I. ad Corinth. Cap. VIII. n.* 4.

primo Judaei, Sanctorum atque Angelorum Imagines pingi non posse, neque in Templis collocari posse dixerunt; Hos postea sequuti fuerunt Mahumetes, Leo Isauricus, ejusque Filius Constantinus Copronymus; qui propterea omnes Imagines e Templis amoventes, vel fregerunt, vel igni tradiderunt. Nec minori audacia bellum Sacris Imaginibus intulerunt Leo Armenus, Michael Balbus, et Theophilus Imperator in Oriente; in Occidente autem Claudius Taurinensis, Wiclefus, Andreas Carlostadius, Philippus Melacthon, Zuinglius, Calvinus, aliique Novatores; contra quos Catholici omnes invictissime certantes, gloriose triumphant.

### Propositio I.

*Deus in antiqua Lege non omnem prorsus Imaginem pingere, aut sculpere vetuit.*

§. 92. Prob. Deus jussit fieri Imagines Cherubim super Arcam (*a*); Simili-

(a) Exodi *Cap. XXV. v.* 18 19.

liter Hebraei, ex ipsius Dei praecepto (*a*), serpentem æneum efformarunt; Ergo etc.

Dices. In Exodo (*b*) ait Deus: *Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem quæ est in Cælo desuper, et quæ in terra deorsum, nec eorum quæ sunt in aquis sub terra*; Ergo Deus etc. omnem imaginem vetuit.

§. 93. ℟. dist. ans. Et laudato loco, sicut in aliis, ubi similia leguntur, prohibet Deus omnem similitudinem, quae sit idolum, et adoretur, quasi Numen verum, conc. ans.; quae sit simplex imago, n. ans cum consa. Non est Deus sicut homo ut mutetur; Si ergo jussit fieri Imagines, et prohibuit ne fieret sculptile etc., ideo prohibuit, quia sculptile repraesentabat idolum, cui cultus soli Deo debitus, tribuebatur.

Pro-

(a) Numer. *Cap. XXI. v.* 8. 9.
(b) *Cap. XX. v.* 4.

PROPOSITIO II.

*In Nova Lege SS. Trinitatis statuas, atque Imagines facere licet.*

§. 94. Prob. Tres SS. Trinitatis Personas sub humana aut sensibili forma sæpius hominibus apparuisse Sacrae Literae testantur; Ergo eas taliter pingere, aut sculpere possumus. Prob. ans. Persona Patris, Jacobo Patriarchae apparuit scalae innixa (*a*); item Isaiae Prophetae (*b*) in solio sedens excelso et elevato, veluti Rex Magnus; Danieli tandem in forma venerandi senis sedentis in igneo throno ad judicandum (*c*). Persona Filii humanitate assumpta, in terris visa fuit, et cum hominibus conversata. Persona tandem Spiritus Sancti in columbae specie, et ignis apparuit. Ergo sub his formis, atque imaginibus licet eas pingere, aut sculpere. Adeoqne etc.

Dices. Deus purissimus est Spiritus, et Ens, quo melius aut simile excogitari ne-

(a) Genes. *Cap.* XXVII. *v.* 13.
(b) *Cap.* VI. *v.* 1.
(c) *Cap.* VII. *v.* 9.

nequit; Ergo nulla ejus Imago pingi potest.

§. 95. ℟. dist.cons; Nulla ejus imago, quæ exprimat ejus naturam et essentiam, conc.; quæ exprimat formam, vel modum quo hominibus se manifestare dignatus est, n. consam. Cum dicimus Trinitatis imagines pingi posse aut sculpi, non sumus tam fatui, ut putemus Deo aliquid esse simile in rebus creatis; aut imaginibus, atque sculpturis Dei naturam, et essentiam exprimi posse; *non enim est existimandum*, ajebat Paulus (a), *auro vel argento, aut lapide artis sculpturæ, et cogitationis hominum Divinum esse simile*; sed contendimus solum, eas personas pingi, aut sculpi posse in iis formis, in quibus apparuerunt, quod certe nec Deo indignum, nec a Deo prohibitum esse potest. Et certe, si non fuit Deo indignum sensibili forma se conspiciendum præbere, cur Deo indignum erit, eum in tali forma pingere, aut sculpere?

PRO-

(a) Actorum Cap. XVII. v. 29.

## PROPOSITIO III.

*Angelorum, Christi, atque Sanctorum Imagines sculpere, atque pingere licet.*

§. 96. PRob. I. P. Angeli Sacris in Literis, multis in humana forma sæpius apparuisse leguntur ( §. 355. T. II. ); Ergo Angelorum Imagines etc.

§. 97. Prob. II. P. Christus fuit perfectus Deus, et perfectus homo; ergo ejus imago pingi potest. Præterea illud est licitum, quod Christus ipse primitus fecit; Atqui Christus imaginem vultus sui, linteo expressam, misit Abagaro Regi Edessenæ Civitatis (*a*); aliamque insuper dum ad mortem duceretur, admoto faciei suæ linteo expressam, piæ mulieri, vulgo Veronicæ dedit, quæ hodie adhuc in Ecclesia S. Petri Romæ asservatur; Ergo etc. Tandem ab ipso Ecclesiæ primordio Jesu Christi Imagines fuerunt in usu. Mulier a profluvio sanguinis liberata, Jesu Christo liberatori suo æneam statuam erexit, quam se conspexisse narrat Eusebius Cæsareen-

sis

(a) *Evagrius Lib. IV. Cap. XXV.*

sis (*a*). Christum sub forma boni pastoris ovem amissam, et inventam suis humeris ad ovile reportantis in calicibus sculpi testatur Tertullianus; insuper in formam agni fuisse depictum, testatur Synodus Trullensis (*b*); Ergo etc.

§. 98. Prob. III. P. Id est licitum quod Ecclesia semper approbavit; Atqui Imaginum usum Ecclesia semper approbavit, atque retinuit; Ergo etc.

## Propositio IV.

*Christi, atque Sanctorum Imagines recte collocantur in Templis.*

§. 99. PRob. ex Conciliis. In Concilio Nicæno II. ajunt Patres (*c*): Definimus in omni certitudine ac diligentia, sicuti figuram pretiosæ ac vivificæ Crucis, ita venerabiles ac Sanctas imagines proponendas, tam quæ de coloribus, et tesselis, quam ex alia materia congruenter in Sanctis Dei Ecclesiis, et sacris vasis, et vestibus, et in parietibus ac tabulis, do-

(a) *Hist. Eccl. Lib. VII. Cap. XIV.*
(b) *Can.* 82.
(c) *Anno* 787. *Act.* 7.

## Propositio VI.

*Sanctarum Reliquiarum cultus utilis maxime est.*

§. 84. Prob. Per cultum Reliquiarum innumera in nos a Deo promanant beneficia, et stupenda patrantur miracula (§. 81.), adeo ut dixerit Damascenus (a): Christum Dominum Reliquias SS. nobis præbuisse tamquam beneficiorum salutiferos fontes; Ergo etc. Deinde cultus Reliquiarum est Deo acceptus, qui vult suos amicos et servos a nobis honorari; et ad Deum refertur, qui mirabilis in Sanctis suis manifestatur; quique in illis præsidium nobis posuit et exemplum; Atqui facere quod Deo placet est utile; Ergo etc. Quare Isidorus Pelusiota: *Si te offendit*, ait (b), *quod Martyrum corporum cinerem, propter eorum circa Deum charitatem atque constantiam honore afficiamus: eos, qui ab ipsis medicinam accipiunt, interroga, atque quot morbis remedium afferant, intellige. Sic fiet, ut non*

(a) *Lib. IV. de Fide Orthodoxa ut supra.*
(b) *Lib. I. Epist. 55.*

*non modo id, quod a nobis fit, non irrideas, verum etiam quod recte, et cum laude fit imiteris*. Ergo etc.

PROPOSITIO VII.

*Sacrarum Reliquiarum cultus est præceptus*.

§. 85. PRob. ex Conciliis. Concilium Nicænum II. (*a*) statuit; nullum Templum consecrandum esse sine Reliquiis, sub pœna depositionis contrafacientibus. Concilium Epaunense (*b*) prohibuit poni Reliquias in Oratoriis villaribus, nisi forsitan Clericos cujuscumque parochiæ vicinos esse contingeret, qui sacris cineribus psallendi frequentia, famularentur. Concilium Bracarense III. (*c*) jussit ut Levitæ Arcam cum Reliquiis gestarent in humeris, non Episcopi fastus, et jactantiæ causa. » Quod si et Episco- » pus Reliquias per se deportare elege- » rit, non ipse a Diaconis in sellula ve- » hatur, sed potius pedissequa una cum

f 3 » po-

(a) *Can. VII.*
(b) *Cap.* XXV.
(c) *Cap. V.*

» populis progressione procedente ad con-
» venticula sanctarum Ecclesiarum San-
» ctae Dei Reliquiae per eundem Epi-
» scopum portabuntur ». Concilium Moguntinum (*a*) ait, Corpora Sanctorum de loco ad locum nullus praesumat transferre sine consilio Principis, vel Episcoporum, vel S. Synodi licentia. Idipsum patet ex Conciliis Lateranensi (*b*), et Tridentino (*c*); in quibus modus praescribitur Sacras Reliquias exponendi, atque colendi; Ergo etc. (*d*).

Objic. Deus, Moyse mortuo, voluit occultatum ejus sepulchrum: idque ne cultu religioso a Judaeis prosequeretur; Ergo Reliquiarum cultus est a Deo prohibitus:

§. 86. ℟. dist. ans. Deus etc. cultu Latriae conc. ans., cultu religioso quidem, sed duliae, n. ans cum consa. Quoniam Judaei, moribus Ægyptiorum imbuti, proni erant ad idololatriam, ut eis omnis idololatrandi tolleretur occasio voluit Deus occultatum Moysis sepul-

chrum.

(a) *Cap.* 51.
(b) *Cap.* 62.
(c) *Sess. XXV.*
(d) *Vid.* Coccius *Lib. V. de Sanctis*: Bellarminus *de Incarn. Lib. II.* Petavius *Lib. XIV. de Inc.*

chrum. Et sane, si Judaei coluerant in Ægypto animalia vilia; si dum Dominus in Sina dabat eis legem per Moysen, et cunctus populus videbat voces, ipsi petierunt Deos, et vitulum aureum adoraverunt, quanto magis cultu Latriae adorassent corpus illius viri, per cujus manus facta fuerant tanta prodigia, et ipsi a servitute Pharaonis liberati, in terram fluentem lacte, et melle introducti fuerant?

Contra. Atqui ideo Deus voluit occultatum Moysis sepulchrum, ut nullus omnino honor ei tribueretur; Ergo n. r. Tempore Christi ablatus erat a Judeis ille idololatrandi timor, et tamen Christus Dominus, Judaeos reprehendit, quod magnifica sepulchra Prophetis aedificarent; Sed hoc Christus non fecisset si aliquis cultus religiosus corporibus, et Reliquiis Sanctorum tribui posset; Ergo etc.

§. 87. ℟. Christus non reprehendit Judaeos praecise quia aedificabant sepulchra Prophetarum, sed quia pravo fine id faciebant, ex hypocrisi nempe, et ut pios erga Prophetas se ostendentes facilius possent ipsum Prophetarum principem persequi. Ideo dicit eos consentire

## CAPUT VI.

### *De Sanctarum Imaginum usu, atque cultu.*

§. 89. IMago est expressio, vel repraesentatio personae, vel rei subsistentis, veluti hominis, equi, avis etc. Sic autem est dicta ab imitando. Simulacrum a simulando derivatum, est repraesentatio rei falsae, aut fictae; veluti pictura Jani bifrontis, Satyri etc. Idolum vero, ex Theodoreto (*a*), est repraesentatio rei insubsistentis; unde ab Apostolo nihil vocatur; *Scimus enim, inquit* (*b*), *quia nihil est Idolum in Mundo*; quod enim non subsistit, nihil est.

§. 90. Imago itaque ab idolo differt; atque simulacro. Nam illa est repraesentio rei verae, ista autem aut fictae et falsae, aut insubsistentis. Quare Imagines Christi, atque Sanctorum idola dici nequeunt.

§. 91. Porro circa Sanctarum Imaginum usum, et cultum varii fuerunt Romanae Ecclesiae hostium errores. Ac pri-

(a) *Q. VIII. in Exod.*
(b) *I. ad Corinth. Cap. VIII. n. 4.*

primo Judaei, Sanctorum atque Angelorum Imagines pingi non posse, neque in Templis collocari posse dixerunt; Hos postea sequuti fuerunt Mahumetes, Leo Isauricus, ejusque Filius Constantinus Copronymus; qui propterea omnes Imagines e Templis amoventes, vel fregerunt, vel igni tradiderunt. Nec minori audacia bellum Sacris Imaginibus intulerunt Leo Armenus, Michael Balbus, et Theophilus Imperator in Oriente; in Occidente autem Claudius Taurinensis, Wiclefus, Andreas Carlostadius, Philippus Melacthon, Zuinglius, Calvinus, aliique Novatores; contra quos Catholici omnes invictissime certantes, gloriose triumphant.

## PROPOSITIO I.

***Deus in antiqua Lege non omnem prorsus Imaginem pingere, aut sculpere vetuit.***

§. 92. PRob. Deus jussit fieri Imagines Cherubim super Arcam (*a*); Simili-

(a) Exodi *Cap. XXV. v.* 18 19.

liter Hebraei, ex ipsius Dei praecepto (*a*), serpentem æneum efformarunt; Ergo etc.

Dices. In Exodo (*b*) ait Deus: *Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem quæ est in Cœlo desuper, et quæ in terra deorsum, nec eorum quæ sunt in aquis sub terra*; Ergo Deus etc. omnem imaginem vetuit.

§. 93. ℟. dist. ans. Et laudato loco, sicut in aliis, ubi similia leguntur, prohibet Deus omnem similitudinem, quae sit idolum, et adoretur, quasi Numen verum, conc. ans.; quae sit simplex imago, n. ans cum consa. Non est Deus sicut homo ut mutetur; Si ergo jussit fiesi Imagines, et prohibuit ne fieret sculptile etc., ideo prohibuit, quia sculptile repraesentabat idolum, cui cultus soli Deo debitus, tribuebatur.

PRO-

(a) Numer. *Cap. XXI. v.* 8. 9.
(b) *Cap. XX. v.* 4.

## PROPOSITIO II.

*In Nova Lege SS. Trinitatis statuas, atque Imagines facere licet.*

§. 94. PRob. Tres SS. Trinitatis Personas sub humana aut sensibili forma sæpius hominibus apparuisse Sacrae Literae testantur; Ergo eas taliter pingere, aut sculpere possumus. Prob. ans. Persona Patris, Jacobo Patriarchae apparuit scalae innixa (*a*); item Isaiae Prophetae (*b*) in solio sedens excelso et elevato, veluti Rex Magnus; Danieli tandem in forma venerandi senis sedentis in igneo throno ad judicandum (*c*). Persona Filii humanitate assumpta, in terris visa fuit, et cum hominibus conversata. Persona tandem Spiritus Sancti in columbae specie, et ignis apparuit. Ergo sub his formis, atque imaginibus licet eas pingere, aut sculpere. Adeoqne etc.

Dices. Deus purissimus est Spiritus, et Ens, quo melius aut simile excogitari ne-

---

(a) Genes. *Cap.* XXVII. *v.* 13.
(b) *Cap.* VI. *v.* 1.
(c) *Cap.* VII. *v.* 9.

nequit; Ergo nulla ejus Imago pingi potest.

§. 95. ℟. dist. cons; Nulla ejus imago, quæ exprimat ejus naturam et essentiam, conc.; quæ exprimat formam, vel modum quo hominibus se manifestare dignatus est, n. consam. Cum dicimus Trinitatis imagines pingi posse aut sculpi, non sumus tam fatui, ut putemus Deo aliquid esse simile in rebus creatis; aut imaginibus, atque sculpturis Dei naturam, et essentiam exprimi posse; *non enim est existimandum*, ajebat Paulus (*a*), *auro vel argento, aut lapide artis sculpturæ, et cogitationis hominum Divinum esse simile*; sed contendimus solum, eas personas pingi, aut sculpi posse in iis formis, in quibus apparuerunt, quod certe nec Deo indignum, nec a Deo prohibitum esse potest. Et certe, si non fuit Deo indignum sensibili forma se conspiciendum præbere, cur Deo indignum erit, eum in tali forma pingere, aut sculpere?

PRO-

(a) Actorum Cap. XVII. v. 29.

*Angelorum, Christi atque Sanctorum Imagines sculpere, atque pingere licet.*

§. 96. PRob. I. P. Angeli Sacris in Literis, multis in humana forma sæpius apparuisse leguntur (§. 355. T. II.); Ergo Angelorum Imagines etc.

§. 97. Prob. II. P. Christus fuit perfectus Deus, et perfectus homo; ergo ejus imago pingi potest. Præterea illud est licitum, quod Christus ipse primitus fecit; Atqui Christus imaginem vultus sui, linteo expressam, misit Abagaro Regi Edessenæ Civitatis (*a*); aliamque insuper dum ad mortem duceretur, admoto faciei suæ linteo expressam, piæ mulieri, vulgo Veronicæ dedit, quæ hodie adhuc in Ecclesia S. Petri Romæ asservatur; Ergo etc. Tandem ab ipso Ecclesiæ primordio Jesu Christi Imagines fuerunt in usu. Mulier a profluvio sanguinis liberata, Jesu Christo liberatori suo æneam statuam erexit, quam se conspexisse narrat Eusebius Cæsareensis

(a) *Evagrius Lib. IV. Cap. XXV.*

sis (*a*). Christum sub forma boni pastoris ovem amissam, et inventam suis humeris ad ovile reportantis in calicibus sculpi testatur Tertullianus; insuper in formam agni fuisse depictum, testatur Synodus Trullensis (*b*); Ergo etc.

§. 98. Prob. III. P. Id est licitum quod Ecclesia semper approbavit; Atqui Imaginum usum Ecclesia semper approbavit, atque retinuit; Ergo etc.

## PROPOSITIO IV.

*Christi, atque Sanctorum Imagines recte collocantur in Templis.*

§. 99. PRob. ex Conciliis. In Concilio Nicæno II. ajunt Patres (*c*): Definimus in omni certitudine ac diligentia, sicuti figuram pretiosæ ac vivificæ Crucis, ita venerabiles ac Sanctas imagines proponendas, tam quæ de coloribus, et tesselis, quam ex alia materia congruenter in Sanctis Dei Ecclesiis, et sacris vasis, et vestibus, et in parietibus ac tabulis, do-

(a) *Hist. Eccl. Lib. VII. Cap. XIV.*
(b) *Can.* 82.
(c) *Anno* 787. *Act.* 7.

domibus, et iis: tam videlicet imaginem Domini Dei Salvatoris nostri Jesu Christi, quam intemeratae Dominae nostrae Sanctae Dei Genitricis, honorabiliumque Angelorum, et omnium Sanctorum. Concilium quoque Tridentinum, ut alia hic, brevitatis causa praetereamus, decrevit: Imagines Christi, Deiparae Virginis, et aliorum Sanctorum, in Templis praesertim habendas, et retinendas, eisque debitum honorem, et venerationem impertinendam; Ergo etc.

Dices. In Concilio Eliberitano legitur (a): *Placuit picturas in Ecclesia esse non debere; ne quod colitur, et adoratur in parientibus depingatur*; Ergo etc.

§. 100. ℟. Concilium Eliberitanum non omnino prohibuit Imagines esse in Templis, sed ne pingerentur in Templorum parietibus, quia cum ibi depictae amoveri non possent, persecutionis tempore Gentilium, aut Haereticorum ludibrio expositae fuissent, quod sane conveniens non erat.

PRO-

(a) *Can. 36.*

## PROPOSITIO V.

*Sacræ Imagines cultu religioso venerandæ sunt.*

§. 101. PRob. : Ex Synodo Nicæna II. (*a*), Imaginis honor in prototypum resultat, et qui adorat Imaginem, in ea adorat quoque descriptum argumentum. Sic enim Sanctorum Patrum nostrorum obtinet disciplina, vel traditio Catholicae Ecclesiae, quae a finibus usque ad fines Evangelium suscepit; Atqui prototypa, seu Sancti, quorum sunt imagines, cultu religioso digni sunt ( §. 66. ); Ergo etc. Concilium insuper Tridentinum ( §. 98. ) debitum honorem et venerationem imaginibus impertiendam esse statuit, non quod credatur inesse aliqua in iis divinitas, vel virtus, propter quam sint colendae: vel quod fiducia in imaginibus sit figenda, veluti olim fiebat a Gentibus, quae in Idolis spem suam collocabant; sed quoniam honos, qui eis exhibetur, refertur ad prototypa, quae illae repraesentant; ita ut per imagines, quas osculamur, et coram quibus caput aperimus, et procumbimus,

 Chri-

(a) *Ut supra.*

Christum adoremus, et Sanctos, quorum illam similitudinem gerunt, veneremur; Ergo etc. Tandem: Imago Regis, quia Regem repraesentat, cultu civili digna est; Ergo et imagines Sanctorum, quia Sanctos repraesentant, cultu religioso venerandae sunt.

Dices. Gentiles reprehenduntur, et idololatrae habentur, quia statuas, atque Imagines sive ex lapide, sive ex auro, sive ex ære, argento, vel alia materia, opera manuum hominum formatas, adorabant; Ergo et Christiani reprehendendi sunt, quia imagines adorant. Adeoque etc.

§. 102. ℟. Jure Gentiles reprehenduntur ut idololatrae; nam ipsi imagines, atque statuas cultu latriae venerabantur, putantes eas esse vere Deos. Nos autem non sic. » Apud nos, ait Euthymius (*a*) » sunt Sanctorum imagines, quae et au- » rum et argentum sunt, et opera ma- » nuum hominum, verum enim vero ido- » la non sunt: quoniam idolorum qui- » dem primae species, ac prima eorum » argumenta falsa sunt: fabulae nimirum, » quae nulla rei veritate subsistunt. Deos » etenim sibi adscribunt Gentes, qui Dii » non sunt, sed Daemones sibi falso di- » vi-

(a) *Ad Psalm.* 134.

» vinitatem arrogantes. Verum Sanctorum » nostrorum imagines, primas suas species » veras habent, ac prima eorum argumen- » ta vera sunt: quoniam secundum veram » historiam vere id fuerunt, quod appel- » lantur «. Ultraquamquod Sanctorum formae, et imagines non adorantur a nobis ut Dii, vel ut aliquid virtutis in eis reperiri credamus, quo venerationem et cultum mereantur, sed quatenus Sanctos repraesentant, qui honore digni sunt. Nec etiam eas adorantes, intelligimus adorare imaginem materialem ligneam, argenteam etc., sed Sanctum, qui tali imagine repraesentatur. Non ergo Christiani adorantes Sacras imagines reprehendendi sunt uti Gentiles.

## PROPOSITIO VI.

*Sacræ Imagines eodem cultu venerandæ sunt, quo earum exemplaria sive prototypa, respectivo tamen, non absoluto.*

§. 103. PRob.: Imagines Sanctorum non coluntur propter intrinsecam supernaturalem excellentiam; nullam namque

 hu-

hujusmodi habent, cum sint substantiae materiales ( §. 100. ) ; Ergo coluntur propter habitudinem, et relationem quam habent cum Sanctis, quos repraesentant; sed talis cultus est relativus, non absolutus ( §. 52. ) ; Ergo etc. Praeterea cultus qui datur Imaginibus refertur ad prototypa ; Ergo eo cultu venerandae sunt imagines, quo prototypa venerantur, cultu tamen respectivo. Quare cultu latriae respectivae venerandae sunt Imagines SS. Trinitatis, et Domini nostri Jesu Christi; cultu hyperduliae respectivae Imagines BB. Virginis Mariae ; et cultu duliae respectivae SS. Angelorum , aliorumque Sanctorum imagines .

Atque hic hujus nostrae Sacrae Theologiae Synopsis finis esto , ad laudem et gloriam Omnipotentis Dei, Servatoris nostri Jesu Christi, ejusque intemeratae Virginis Mariae , ac Seraphici Patriarchae nostri Francisci.

ELEN-

# ELENCHUS

QUÆSTIONUM

ET

PROPOSITIONUM

*SACRÆ THEOLOGIÆ*

# SYNOPSIS

PRO EXAMINE

CLERICORUM ORDINANDORUM.

*Illiteratos nullus præsumat ad Clericatus Ordinem promovere, quia literis carens, Sacris non potest esse aptus officiis.*

Gelasius Papa Cap. I. Dist. 39.

*Nullus ad sacra veniat indoctus, nullus ignorantiæ tenebris cæcutiens, sed quem morum innocentia, et literarum splendor reddunt illustrem.*

Concilium Toletan. VIII. Can. 8.

# ELENCHUS
## QUÆSTIONUM, ET PROPOSITIONUM
### TOMI I.

## SACRÆ THEOLOGIÆ SYNOPSIS

### PROLEGOMENA.

Q. Quid est Theologia secundum nomen; quid secundum propriam naturam spectata?

§. 1. ℞. Theologia si nominis vim &c.

Q. Quotuplex est Theologia?

§. 2. ℞. Quoniam vel solius rationis &c.

Q. Quotuplex est Theologia supernaturalis?

§. 3. ℞. Theologia supernaturalis, ratione diversi modi &c.

Q. Theologia est ne scientia?

§. 4. ℞. Scientia quidem, at &c.

Q. Theologia est scientia speculativa, an potius practica?

§. 5. ℞. Quaenam scientia sit Theologia &c.

Q. Quotuplex est scientiae cujuslibet, et praecipue Theologiae objectum?

 §. 6.

§. 6. ℞. Quia Theologia est scientia, propterea &c.

Q. Theologia ratione methodi qua pertractatur, quomodo dividitur?

§. 7. ℞. Theologia esto in seipsa sit una &c.

Q. Theologia Positiva, et Scholastica extiterunt ne semper?

§. 8. ℞. Positiva Theologia semper extitit &c.

Q. Theologia Positiva est ne necessaria?

§. 9. ℞. Positiva Theologia non est omnibus &c.

Q. Theologia Scholastica est ne necessaria?

§. 10. ℞. Quod attinet ad Theologiam Scholasticam &c.

Q. Quid, et quot sunt Loci Theologici?

§. 11. ℞. Sicuti omnis scientia, ita & Theologia suos Locos habet &c.

# TRACTATUS I.

## *De Divina Revelatione sive De Verbo Dei scripto.*

## CAPUT I.

### *De necessitate Doctrinæ revelatæ.*

Q. Quid est Revelatio; quidque Doctrina revelata?

§. 1. ℞. Revelatio est rei occultæ &c.

Q. In quotuplici statu potest homo conside-

siderari; et quid sunt hujusmodi status?

§. 2. ℞. In duplici statu potest homo &c.

Q. Quid Deistæ, quid Naturalistæ sentiunt de Doctrinæ revelatæ necessitate?

§. 3. ℞. Num in præsenti statu naturæ corruptæ &c.

Prop. Homini in hoc statu, ad adsequendum suum ultimum finem, necessaria est Doctrina revelata.

§. 4. ℞. Prob.: Deus uti Dominus, atque &c.

Objic. 1. Ratio naturalis a Deo data est homini, ut eum cognosceret, et cognoscendo diligeret; ergo sola sufficit homini ut finem ultimum consequatur. Adeoque falsa propositio.

§. 5. ℞. dist. cons. Sufficiens fuisset pro statu naturæ integræ, quando Deus primo hominem condidit, transeat; in præsenti statu naturæ lapsæ, nego consm. Forsan in statu &c.

Contra. Atqui etiam in præsenti statu naturæ lapsæ homini sufficit sola ratio naturalis; ergo n. r. Prob. subsm. Ratio naturalis in æternis, et immutabilibus rerum essentiis fundata est; adeoque est immutabilis et perfecta; igitur sicuti in statu naturæ integræ, ita et in statu naturæ corruptæ est eadem, et immutabilis; consequenter sicuti in eo statu, ita et in hoc est sola sufficiens.

§. 6. ℞. dist. 2. p. antis. Ratio naturalis est immutabilis & perfecta in se considerata, conc.; ut reperitur in homine lapso, n. ans., & consm.

Objic. 2. Si homini ad suum ultimum finem consequendum necessaria esset Doctrina revelata, ea deberet esse omnibus nota; atqui non est omnibus nota; ergo non est necessaria.

§. 7. ℞. dist. maj.: Si &c.: omnibus nota, hoc est in omnium cordibus insita, n. maj; omnibus a Deo revelata, conc. maj., & dist. min.: Atqui &c.; hoc est insita, conc.; a Deo revelata, n. min., & consm. Ut necessaria &c.

Contra. Ex concessis, Doctrina revelata non est insculpta in cordibus hominum; ergo non est necessaria. Prob. consa. Omnibus est insitus ad beatitudinem appetitus. Cum ergo sit incredibile, quod sit insitus appetitus finis, et non sit insitus appetitus mediorum, inter quæ Doctrina revelata computatur, si hæc non est insita, non est necessaria.

§. 8. ℞. dist. cons. Sicuti appetitus finis est insitus, ita & appetitus mediorum; appetitus finis, & mediorum naturalium, conc.; supernaturalium, n. consam. Doctrina revelata &c.

CA-

## Caput II.

### *De Divinæ Revelationis existentia, ejusque characteribus, sive motivis credibilitatis.*

Q. Quid sunt Divinæ revelationis characteres, seu motiva credibilitatis?

§. 9 ℟. Characteres Divinæ revelationis &c.

Q. Quotuplicis generis sunt laudati characteres?

§. 10. ℟. Hujusmodi characteres alii sunt &c.

Q. Quot sunt hi characteres?

§. 11. ℟. Concordes Theologi non sunt &c.

Prop. I. Existit revera Divina revelatio.

§. 12. ℟. Prob. sola ratione. Homo sola ratione duce &c.

Q. Probare ne aliter potes laudatam propositionem?

§. 13. ℟. Utique. Probare possum, & probo consensione Scriptorum, omni ætate, tum integritate morum, tum eminentia scientiæ adeo insignium, ut eis fidem, saltem humanam negare, sit omnem historiam e medio tollere. Et sane &c.

Prop. II. Characteres intrinseci Divinæ revelationis sunt quatuor; nempe 1. Revelatorum rationabilitas; 2. summa inter se consensio; 3. Doctrinæ puritas, et 4. Prophetia eventu comprobata.

§ 14. ℟. Exponitur laudata Propositio. Nam primo, quod lumini &c.

Prop.

PROP. III. Inter characteres extrinsecos Doctrinæ revelatae computari debent miracula.

§. 15. Probo. Nam miraculum ( ut infra fusius patebit ) &c.

## CAPUT III.

### *Expenditur utrum Deus per se, vel per alium mentiri possit.*

Q. Quid est mentiri, et quae ad mendacium requiruntur?

§. 16. ℞. Mentiri nihil est aliud &c.

Q. Quotuplex potentia est in Deo distinguenda?

§. 17. ℞. Duplex in Deo potentia &c.

Q. Quid senserunt Manichaei de Dei veracitate, quid Priscillianistae; quid denique nonnulli ex Theologis Catholicis.

§. 18. ℞. Qui Deum mentiri posse non solum &c.

PROP. I. Impossibile est, Deum potentia sive ordinaria, sive absoluta per se mentiri.

§. 19. ℞. Prob. Deus est Ens infinite, & undequaque perfectum.

PROP. II. Impossibile est omnino, Deum per alios mentiri.

§. 20. ℞. Demonstratur: Vulgare est effatum, qui aliquid &c.

Objic.

Objic. 1. Contra 1. prop. Deus est Ens Omnipotens ; Ergo absolute mentiri potest, rem longe aliter ac ipsa sit hominibus enarrando.

§. 21. ℞. conc. ant ; n. consm. Deus utique &c.

Contra. Atqui Deus potest absolute mentiri ; Ergo n. r. Prob. subsm. Deus nulla lege tenetur ad rem, uti est, hominibus manifestandam ; ergo saltem potentia absoluta mentiri potest.

§. 22. ℞. n. ans., & consm. Cum Deus nihil debeat creaturæ &c.

Objic. 2. contra eamdem. Deus saepe in Scripturis mentitus est ; ergo et mentiri potest : ab actu enim ad potentiam valet consequentia.

§. 23. ℞. dist. ans. Et aliunde quæ in Scripturis mendacia videntur, sunt mendacia apparenter tantum, aut mysteria, conc. ; sunt mendacia proprie dicta, nego ans, & consm. Multa quidem &c.

Contra. Atqui in Scripturis apparet, Deum revera mentitum fuisse ; Ergo n. r. Prob. subsm. Et ut res clarius pateat, audiatur Deus ipse apud Ezechielem, qui sic loquitur : *Propheta cum erraverit, et locutus fuerit verbum ; ego Dominus decepi Prophetam illum* ; Ergo etc.

§. 24. ℞. dist. sensum auct. : *Ego Dominus* decepi, absolute revelando ei falsum, eique mentiendo, nego ;

de-

decepi, hoc est non obstavi quominus deciperetur, & permisi eum decipi, conc., & n. consm. Annuntiare infallibili eventu &c.

## Caput IV.

### *De veris miraculis, et num fieri possint in confirmationem falsæ Doctrinæ.*

Q. Quid est miraculum juxta Joannem Lockium, Samuelem Clarckium, et Abbatem de Houtteville?

§. 25 ℞. Miraculum juxta Joannem Lockium &c.

Q. Quae intelliguntur nomine Legum generalium ordinis naturae?

§. 26. ℞. Nomine legum generalium &c.

Q. Leges naturae subsunt ne Dei imperio?

§. 27. ℞. Leges naturæ Dei nutui, atque imperio subsunt &c.

Prop. I. Miraculum est opus sensibile, et mirabile superans vires, et ordinem totius naturae creatae.

§. 28 ℞. Demonstratur hac ratione. Si miraculum vires aut ordinem naturæ &c.

Q. Verum miraculum est ne possibile?

§. 29. ℞. Verum miraculum est possibile &c.

Prop. II. Vera Miracula in confirmationem falsae doctrinae fieri nequeunt.

§. 30. Prob. ratione.

Objic. c. I. Prop. Si miraculum esset opus

pus vires, et ordinem superans totius naturae creatae, numquam dignosceremus quodnam sit verum miraculum; Ergo etc. Prob. ans. Ut dignoscere possemus aliquod opus esse verum miraculum, deberent nobis innotescere ordo, et leges, et vires omnes naturae creatae; atqui haec nobis nota non sunt; Ergo si miraculum esset etc.

§. 31. ℞. Ad dignoscendum verum miraculum &c.

Contra. Atqui ex iis, quae ordinem naturae excedere dignoscuntur, nequit verum miraculum definiri; Ergo n. r. Prob. subsm. Virgas solo nutu in serpentes mutare, aquam in sanguinem statim convertere, ingentem ranarum multitudinem in instanti producere, certe naturae vires, quantum notum est, excedunt; Sed haec miracula non sunt, cum a Magis etiam Pharaonis perpetrata esse legantur; Ergo etc.

§. 32. ℞. conc. maj, dist. min.: Sed hæc uti a Moyse &c.

Objic. c. II. Prop. Probati Historici referunt, ab Infidelibus, et ab Haereticis non pauca facta fuisse prodigia, et miracula; Atqui illorum falsa est Doctrina; Ergo etc.

§. 33. ℞. Quæ ab Historicis referuntur &c.

Contra. Atqui vera miracula ab Infidelibus

libus patrata sunt; Ergo n. r. Prob. subsm. Caeco visum restituere, mortuos suscitare, certo inter miracula primi ordinis numerantur; Atqui narratur caecum fuisse ab Æsculapio curatum, puellam mortuam ab Apollonio Tyanaeo resuscitatam, et Samuelem Prophetam a Pythonissa a mortuis evocatum; Ergo etc.

§. 34. ℞. admissa maj., n. min. cum conſa.

Dices. Si ope Daemonis quandoque adeo mira fiunt, ut si fieri potest, in errorem ipsi electi inducantur, quomodo vera miracula a falsis discerni possunt, ne decipiamur?

§. 35. ℞. Plures veri miraculi notas &c.

## Caput V.

### *De variis Religionibus, et an in sola Christi Religione motiva credibilitatis reperiantur.*

Q. Quot sunt Religiones, quæ hodie in Mundo existunt?

§. 36. ℞. Quatuor sunt &c.

Q. Religiones prædictæ conveniunt, an pugnant inter se?

§. 37. Hæ quatuor Religiones pugnant &c.

Prop. I. In Pagana Religione motiva credi-

dibilitatis non reperiuntur.

§. 38. Prob. ratione. Et primo &c.

Prop. II. Religio Judaica, qualis modo est, motivis credibilitatis destituitur.

§. 39. Prob. ratione. Religio Judaica &c.

Prop. III. Religio Mahumetana motiva credibilitatis non habet.

§. 40. Prob. ratione. Primo quidem &c.

Prop. IV. In Religione Christiana motiva credibilitatis reperiuntur.

§. 41. Prob. ratione. Et primo &c.

Prop. V. Inter omnes Religionis Christianæ societates, sola Romana Catholica characteribus revelationis gaudet.

§. 42. Prob. ratione. Nam in tota &c.

## Caput VI.

### *De Divina revelatione litteris consignata, et de Libris, quibus eam contineri credimus.*

Q. Quid Athei, et Gentiles, quidve Deistæ, et Judæi de Divinæ revelationis existentia autumarunt?

§. 43. Divinam Revelationem non extare &c.

Prop. I. Divina revelatio literis consignata est.

§. 44. Prob. ratione. Divinam &c

Prop. II. Divina revelatio in Libris tam Veteris, quam Novi Testamenti continetur.

Objic: Plura in Veteris, et Novi Testamenti libris leguntur, quæ rectæ rationi adversantur; plurima Deo indigna; et sanctitati ac puritati opposita non pauca. Sic ex. gr. dicitur in Genesi, Deum fecisse duo luminaria magna, Solem nempe, et Lunam; cum tamen hæc sit omnium Planetarum minimus. Itidem, quod pœnituit Deum fecisse hominem in terra; tactumque eum fuisse dolore cordis intrinsecus: Necnon Deum descendisse ut videret Civitatem Babelicam, et turrim, quam ædificabant filii Adam, quasi de Cælo aspicere non posset, aut ei aliquid novi accidisset. Ulterius dicitur Osee a Deo ut sumeret sibi uxorem fornicationum; et in Deuteronomio legitur, Israelitas fœnerare posse alieno; quod quam sit turpe, nemo non videt. Tandem in Novo Testamento dicitur, Jesum finxisse se non agnoscere suam matrem; et in Nuptiis Canæ Galileæ exprobasse ei, propterea quod dixerat, *vinum non habent*; Ergo etc.

§. 46. ℞. Ad singula. Et ad primum &c.

Q. Quinam sunt libri Canonici, et Deutero-Canonici Sacræ Scripturæ?

§. 47.

§. 47. ℞ Libri Canonici &c.

Q. Quot sunt Canones Sacrorum librorum?

§. 48. ℞. sunt tres &c.

## Caput VII.

*De genuitate Pentateuchi, aliorumque Librorum tum Veteris, cum Novi Testamenti; de illorum integritate, atque inspiratione; deque lingua qua scripti fuerunt, et variis Scripturæ Versionibus.*

Q. Quid venit nomine Pentateuchi?

§. 49. ℞. Pentateuchi &c.

Q. Quinam liber dicitur genuinus?

§. 50. ℞. Liber genuinus &c.

Q. Quid requiritur ut liber genuinus dicatur?

§. 51. ℞. Ut liber genuinus, vel &c.

Q. Quinam dixerunt Pentateuchum non esse genuinum Moysis foetum?

§. 52. ℞. Pentateuchum non esse genuinum &c.

Prop. Pentateuchus omnium librorum antiquissimus, genuinus est Moysis foetus?

§. 53. Prob. ex Scripturis. In Veteris &c.

Objic. Pentateuchus non est genuinus Moysis foetus, si in eo Moyses personam quamdam tertiam ab eo, qui scribit, distinctam repræsentat; Atqui res ita se habet; Ergo etc.

§ 54 ℞. neg. maj. : Novum non est &c.

Contra. Atqui revera Moyses in Pentateucho personam distinctam ab eo qui scribit repræsentat; ergo n. r. Prob. min. subsm.: Numerorum XII. v. 3. laudatur Moyses tamquam vir mitissimus super omnes homines, qui morabantur in terra; et v. 7. a Domino scribitur laudatus, ut in domo sua fidelissimus; et qui propterea ore ad os loquebantur ei; Atqui si qui scribit fuisset Moyses, et non aliena persona, non se laudasset; ergo revera etc.

§. 55. ℞. conc. maj., dist. min.

Contra. Atqui auctor Pentateuchi, absolute alius est a Moyse; Ergo n. r. Prob. min. subs.: Ille auctor qui scribit mortem, et sepulturam alicujus, certe non est idem ac ille, cujus mors describitur, et sepultura; hoc namque est impossibile; Atqui auctor Pentateuchi mortem Moysis, ejusque sepulturam describit; ergo Auctor etc.

§ 56. ℞. Duæ sunt hujus &c.

Q. Qua ratione constat, reliquos libros tum Veteris, cum Novi Testamenti genuinos esse?

§ 57. ℞. Constat ex eo, quod ipsi &c.

Q. Libri Veteris Testamenti pervenerunt ne ad nos integri, sive non corrupti?

§.58.

§. 58. ℞. Libri veteris Testamenti &c.

Q. Quid dicendum est de Libris Novi Testamenti?

§. 59. ℞. Novi Testamenti Codices &c.

Q. Sacri Scriptores in sacris edendis libris fuerunt ne divinitus inspirati?

§. 60. ℞. adfirmative: Nam &c.

Q. Qua ratione, Sacri Scriptores inspirati fuerunt?

§. 61. ℞. Admodum probabile est &c.

Q. Sacra Scriptura est ne divinæ, atque infallibilis auctoritatis?

§ 62. ℞. Adfirmative. Etenim &c.

Q. Sacra Tridentina Synodus jure ne Libros Deutero-Canonicos in Canonem Sacrarum Scripturarum retulit?

§ 63. ℞. Adfirm.: Nam laudati Libri &c.

Q. Qua lingua scripti fuerunt Sacri Libri tum Veteris, cum Novi Testamenti?

§. 64. ℞. Libri Veteris Testamenti &c.

Q. Quot fuerunt Sacrorum Bibliorum Versiones?

§. 65. ℞. Multæ ab auctoribus &c.

Q. Quare Hebraici textus græca Versio vocatur 70. Interpretum?

§. 66. ℞. Ita vocatur quia &c.

Q. Quantæ auctoritatis est septuaginta Interpretum Versio?

§ 67. ℞. Olim fuit Divinæ &c.

Q. Qua ratione Latina Vulgata versio a Tridentina Synodo declarata est authentica?

§. 68 ℞ Verbis ejusdem Concilii.

Q. Quænam sunt vernaculæ Bibliorum Versiones?

§. 69 ℞. Vernaculæ Bibliorum &c.

Q. Jure ne Romana Catholica Ecclesia promiscuam in linguis vulgaribus Sacræ Scripturæ lectionem interdixit?

§. 70. ℞. Jure Romana &c.

## Caput VIII.

### *De Sacrarum Scripturarum claritate, et obscuritate; deque variis ipsarum sensibus.*

Q. Quid Lutherus, quid Brentius, aliique Novatores sentiunt de Scripturarum claritate?

§. 71 ℞. Lutherus, Brentius, aliique &c.

Prop. Sacra Scriptura non est adeo clara, et perspicua, ut sola ad omnia dogmata definienda sufficiat.

§. 72. Prob.: Argumentis ex Scriptura ipsa petitis. Si Sacra Scriptura &c.

Objic: Ex Scripturis. Deuteronomii Cap. 30. legitur: *Mandatum hoc, quod ego præcipio tibi hodie, non supra te est ... sed juxta te est sermo valde, in ore, et corde tuo, ut facias illum*; Ergo etc.

§. 73. ℞. Laudatum Scripturæ &c.

Con-

Contra. Atqui non ea solum, quæ in Decalogo continentur, sed omnia quæ in tota Scriptura habentur clara sunt, et facilia intellectu; Ergo n. r. Prob. subsm. Sacra Scriptura non raro dicitur *lumen*, *lucerna lucens*, juxta illud Davidis: *Præceptum Domini lucidum illuminans oculos*; et alibi: *lucerna pedibus meis verbum tuum*; Atqui lumen, lucerna lucens clara sunt; Ergo non solum etc.

§. 74. ℞. Luminis, Lucernæ, ac lucis &c.

Contra. Atqui Scriptura ideo comparatur lucernæ, quia clara est, et interpretatione non indiget; ergo n. r. Prob. subsm. Si aliqua res obscura foret in Sacra Scriptura, ea certe esset Prophetia, vel propheticus sermo; Atqui propheticus sermo dicitur *lucerna lucens*, juxta illud S. Petri: *Habemus firmiorem propheticum sermonem, cui benefacitis attendentes, tamquam lucernæ lucenti in caliginoso loco*; Ergo etc.

§ 75. ℞. Laudato in loco nihil &c.

Q. Quotuplex est Sacræ Scripturæ sensus?

§. 76. ℞. Duplex principaliter est &c.

Q. Quotuplex est sensus litteralis Sacræ Scripturæ?

§. 77. ℞. Duplex est, proprius &c.

Q. Quotuplex est sensus Mysticus Sacræ Scripturæ?

§ 78. ℞. Triplex est; *Allegoricus* &c.

Q. Præter modo laudatos, datur ne alius Scripturæ sensus?

§. 79. ℞. affirm.: Nam datur sensus &c.

Q. Ad quem spectat tradere verum, atque germanum Sacræ Scripturæ sensum?

§. 80. ℞. 1. Hæretici qui volunt &c.

## TRACTATUS II.

### *De Traditionibus, sive de Verbo Dei tradito.*

### CAPUT I.

### *De Natura, et divisione Traditionis.*

Q. Quid est Traditio?

§. 81. ℞. Traditio late sumpta &c.

Q. Quotuplicis generis sunt Traditiones?

§. 82. ℞. Multiplicis sunt generis &c.

Q. Quænam Traditiones fidem faciunt indubiam?

§ 83. ℞ (a versu 4.) Traditiones Divinæ &c.

Q. Quid Hæretici, quid Catholici sentiunt de Traditionibus?

§. 84. ℞. Lutherus, Calvinus &c.

CA-

## Caput II.

### *De Traditionum existentia.*

Q. Traditiones Divinæ, fuerunt ne in Lege Naturæ, scripta, et Evangelica?

§. 86. ℞. Divinas Traditiones &c.

Propositio. Praeter Sacram Scripturam admittendae sunt Divinae Traditiones, tamquam altera Fidei nostrae regula.

§. 87. Prob. (*Scripturis*, *Patribus*, *&* *ratione*) Apostolus ad Corinthios &c.

Q. Proba secundam partem.

§ 88 ℞. Probo 2. p.: Traditiones Divinæ &c.

Objic. Traditio est Verbum Sacrae Scripturae adjunctum; atqui divino praecepto tenemur, nihil addere verbo Dei scripto, juxta illud Deuteronomii: *Non addetis ad verbum, quod vobis loquor*. Ergo praeter etc. non est admittenda Traditio.

§ 89 ℞. dist. maj.: Traditio &c.

Contra. Atqui nulla prorsus additio verbo Dei scripto fieri potest; ergo n. r. Prob. min. subsa. Res ita se habet, si omnia quae ad Fidem, et mores; adeoque ad aeternam felicitatem consequendam sufficiunt, in Scripturis continentur; Atqui revera ad id sufficiunt, quæ in Scripturis continentur,

di-

dicente Joanne : *Multa Dominum Christum dixisse , et fecisse , quae scripta non sunt ; electa autem sunt*, ait S. Augustinus , *quæ scriberentur , quæ saluti credentium sufficere videbantur* ; Ergo etc.

§. 90. ℟. dist. min : Atqui &c.

Contra . Atqui sola Scriptura, sine ulla Traditione , sufficit ad ea quae Fidei , et morum sunt, hominibus manifestanda ; Ergo n. r. Prob. subsm. Apostolus ad Timotheum scribens, ait : *Omnis Scriptura Divinitus inspirata utilis est ad docendum , ad arguendum , ad corripiendum , ad erudiendum in justitia ; ut perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus* ; Ergo sola Scriptura etc.

§. 91. ℟. Laudato testimonio &c.

## Caput III.

### *De certis Regulis , quibus Divina Traditio ab humana secernitur .*

Propositio. Dantur certae Regulae, quibus Divina Traditio ab humana secernitur .

§. 93. Prob. : Multæ a Theologis &c.

Ca-

# CAPUT IV.

*De Jejunio Quadragesimali, sive antepaschali; et an ex Apostolica ordinatione institutum, atque præceptum esse, ex Traditione invicte demonstretur:*

Q. Quid est jejunium Quadragesimale?

§. 94 ℞. Jejunium Quadragesimale &c.

Q. Hoc jejunium in Scripturis praescriptum est ne, an non?

§. 95. ℞. Hoc Quadragesimale jejunium &c.

PROPOSITIO. Jejunium Quadragesimale ex Apostolica Ordinatione institutum, atque praeceptum esse, ex traditione invicte demonstratur.

§. 96. Prob.: Quod universa tenet &c.

Q. Quaenam sunt Dogmata ex Traditione accepta?

§. 97. ℞. Multa ex Traditione &c.

TRA-

# TRACTATUS III.

## *De vera Christi Ecclesia.*

### CAPUT I.

### *De Nomine, ac vera definitione Ecclesiæ.*

Q. Quid est Ecclesia secundum nomen?
§ 98. ℞. Ecclesia secundum nomen &c.
Q. Quotuplex est Ecclesia generaliter accepta?
§ 99. ℞. Ecclesia prout hic generaliter &c.
Q. Quotupliciter sumi potest Ecclesia formalis?
§. 100. ℞. Ecclesia formalis dupliciter &c.
Q. Quomodo Ecclesia considerari potest?
§. 101 ℞. Ecclesia prout hic accipitur &c.
Q. Quid Haeretici, quidve Catholici sentiunt de vera notione Ecclesiae?
§. 102. ℞. Hæretici cum Catholicis &c.
Q. Quomodo definitur Ecclesia?
§. 103. ℞. Ecclesia est coetus hominum &c.

### CAPUT II.

### *De veræ Ecclesiæ notis.*

Q. Quid sunt notae verae Ecclesiae?
§ 104. ℞. Notæ veræ Ecclesiæ &c.

Q.

Q. Quasnam, et quot verae Ecclesiae notas admittunt Haeretici, quasnam, et quot Catholici?

§. 105. ℟. Etiam Hæretici nobiscum &c.

Prop. I. Neque Verbi Dei sincera praedicatio, neque Sacramentorum legitima administratio sunt verae Ecclesiae notae.

§. 106. Prob.: Ecclesiæ notæ tales &c.

Prop. II. Notae verae Christi Ecclesiae quatuor sunt; 1. Unitas; 2. Sanctitas; 3. Catholicitas; et 4. Apostolicitas.

§. 107. Ita in Symbolo &c.

Prop. III. Sola Romana Ecclesia, quae vulgo Ecclesia Catholicorum dicitur, una est.

§. 108. Prob.: Unitas Ecclesiæ &c.

Prop. IV. Sola Societas Romana-Catholica Sancta est.

§. 109. Prob.: Vera Christi Ecclesia &c.

Prop. V. Soli Romanae Ecclesiae nomen Catholicae competit.

§. 110. Prob.: Nam primo &c.

Prop. VI. Sola Romana Ecclesia est Apostolica.

§. 111. Prob.: Illa sola Ecclesia &c.

Conclusio. Sola Romana Catholica societas est vera Christi Ecclesia.

§. 112. Prob.: Ea sola societas &c.

Q. Extra Ecclesiam Romanam potest ne quis

quis salutem aeternam consequi?

§. 113. ℞. Cum sola Romana Ecclesia &c.

Dices I. In Ecclesia Catholica non est nota unitatis; Ergo etc. Prob. ans. In Ecclesia Romana non est unio membrorum ad invicem, ita ut unum corpus efficiant; imo potius tot sunt sectae, et divisiones quot sunt Monachorum Instituta, Benedictinorum nempe, Dominicanorum, Franciscanorum, Carmelitarum, Augustinianorum etc.; neque insuper adest consensio Doctrinae; alia quippe est Doctrina Thomistarum, alia Scotistarum, alia Augustianorum etc.; et quod pejus, unusquisque in sua Doctrina tuenda pugnat acerrime; Ergo in Romana Ecclesia deficit nota unitatis.

§. 114. ℞. Laudati Monachorum Ordines &c.

Dices 2. Ecclesia Romana Sanctitate destituitur; Ergo etc. Prop. ans. Si loquimur de Sanctitate Pastorum, quot in Ecclesia Romana fuerunt et sunt, qui nomen sanctitatis habent, et facta impiorum? Si loquimur de membris, notum est, Ecclesiam Romanam complecti etiam peccatores; Ergo etc.

§. 115. ℞. Pontificis alicujus &c.

Dices 3. Catholica non est Romana Ecclesia; non est enim per universum Or-

Orbem diffusa; quippe fere non est in Anglia, Scotia, Provinciis foederatis Dania, Svecia, majori parte Germaniae, Transilvania, Moldavia, Valachia, Prussia; ne dicam apud Graecos, Armenos, Ægyptios, Abissinos etc. Ergo etc.

§. 116 ℟ Ecclesiae Catholicitas &c.

Dices 4. Ecclesia Romana Apostolica dici nequit: non enim amplius in ea existit legitimorum Pontificum, et Episcoporum successio. Pontifices namque eliguntur a Cardinalibus, qui non sunt institutionis Divinae; et Episcopi eliguntur a Regibus; Igitur Romana Societas non est vera Christi Ecclesia.

§. 117. ℟. Esto Pontifices Romani &c.

## Caput III.

### *De veræ Ecclesiæ proprietatibus.*

Q. Quot sunt peculiares verae Ecclesiae proprietates?

§. 118. ℟. Tres potissimum &c.

Q. Quid de proprietatibus Ecclesiae sentiunt Heterodoxi?

§. 119. ℟. Omnes illi Hæretici &c.

Prop. I. Vera Christi Ecclesia fuit semper, et est absolute visibilis.

§. 120.

§. 120 Prob.: Vera Christi Ecclesia &c.

Q. Potes ne aliter thesim probare?

§. 121. ℟. Maxime. Ex iisdem Scripturis Ecclesia etc.

Objic. Quod obligamur credere, visibile non est; Fides namque est *argumentum non apparentium*; Sed obligamur Ecclesiam credere, ex Symbolo Constantinopolitano: *Credo Sanctam Ecclesiam*; Ergo Ecclesia non est visibilis.

§. 122. ℟. conc. maj.: dist. min. &c.

Contra. Atqui Ecclesia, etiam in primo sensu inspecta, est Fidei objectum, adeoque invisibilis; Ergo n. r. Prob. subsm. Ecclesia eo in sensu inspecta est Corpus Christi mysticum; Atqui Corpus Christi mysticum est invisibile; Ergo etc.

§. 123 ℟. Duplici sensu Ecclesia &c.

Contra. Atqui Ecclesia, ut est Corpus mysticum Christi, est invisibilis; Ergo n. r. Prob. subsm. Apostolus ad Hebraeos scribens de Ecclesia, inquit. *Non accessistis ad tractabilem montem etc.* Ergo si Ecclesia non est tractabilis; certe non est visibilis.

§. 124. ℟. dist. ans. Et laudato &c.

Prop. II. Vera Christi Ecclesia usque ad finem Mundi numquam erit defectura, etiam quoad partem visibilem.

§. 125. Prob.: In Sacris Scripturis &c.

Q. Habes ne alias rationes pro confirmatione

tione expositae Propositionis ?

§. 126. ℞. Maxime. Et primo Ecclesia dicitur ab Apostolo &c.

Objic. Ecclesia semper defecit in omni statu; Ergo et in statu Legis Evangelicæ defectura erit. Prob. maj. Ecclesia defecit in statu innocentiæ ob Adæ peccatum; In statu Legis naturæ, quia paucissimi tunc justi inventi sunt; in statu Legis scriptæ, cum tempore Eliæ tam generalis discessio a cultu veri Dei facta fuerit, ut ipse conquestus sit, dicens: *derelictus sum ego solus*; Ergo etc.; adeoque etc.

§. 127. ℞. Esto totum hoc &c.

Contra. Atqui Ecclesia Christi erit aliquando ante finem Mundi defectura. Ergo n. r. Prob. sub. Apostolus ad Thessalonicenses scribens, ait, tempore Antichristi Ecclesiam esse defecturam; scribit namque: *Nisi venerit discessio primum, et revelatus fuerit homo peccati*; Ergo etc.

§. 128. ℞ Nomine discessionis &c.

Contra. Atqui revera tempore Antichristi Ecclesia erit penitus defectura; Ergo n. r. Prob. subs. Christus de suo adventu in fine Mundi loquens, ait: *Filius hominis veniens, putas inveniet fidem in terra?* Atqui sine Fide Ec-

 cle-

clesia non subsistit; Ergo si tunc non erit fides, nec etiam Ecclesia; adeoque etc.

§. 129. ℟. dist. maj.: Et loquitur &c.

Prop. III. Vera Christi Ecclesia in iis, quæ Fidei, et morum sunt definiendis infallibilis est.

§. 130. Prob.: ex Scripturis &c.

Q. Habes ne aliud argumentum ad probandam propositam thesim?

§. 131. ℟. Maxime. Christus Ecclesiæ &c.

Q. Potes ne alia ratione, quæ hucusque dixisti confirmare?

§. 132. ℟. Maxime. Ecclesia Christi &c.

Objic. Tempore passionis, et mortis Christi Apostoli fidem amiserunt, ne quidem excepto Petro, pro quo Christus rogaverat, ut fides ejus non deficeret; sed Apostoli, tunc temporis Ecclesiam constituebant; Ergo Ecclesia defecit.

§. 133. ℟. Apostoli scandalum &c.

Contra. Atqui Apostoli tempore passionis, et mortis Christi fidem internam, et externam omnes amiserunt. Ergo n. r. Prob. min. subs. Si ita non fuisset, Christus eorum incredulitatem, atque duritiam cordis non exprobrasset; Atqui Christus post resurrectionem suam eis simul congregatis apparens, *exprobravit incredulitatem eorum*, *et*

*et duritiam cordis , quia iis , qui viderant eum resurrexisse non crediderunt*; Ergo etc.

§. 134. ℟. Christus Apostolorum &c.

Contra. Atqui etiam eo tempore, quo vera Christi Ecclesia perfecte constituta erat, et per orbem diffusa, erravit; Ergo a capite argum. Prob. min. subs. Tempore Concilii Ariminensis , Ecclesia tota a fide defecit; scribit namque S. Hieronymus : *Ingemuit totus Orbis , et Arianum se esse miratus est.* Ergo etc.

§. 135. ℟. n. ans. Falsum omnino &c.

## Caput IV.

### *De veræ Ecclesiæ membris* .

Q. Quid de Ecclesiæ membris sentiunt Haeretici ?

§. 136. ℟. Cum Ecclesia Catholica .

Prop. I. Publici Hæretici non sunt membra Ecclesiæ .

§. 137. Prob. : Illi non sunt &c.

Prop. II. Hæretici occulti sunt membra Ecclesiæ ,

§. 138. Prob. : Hæretici occulti &c.

Prop. III. Schismatici non sunt membra Ecclesiae .

§. 139. Prob.: Vera Christi Ecclesia &c.

Prop. IV. Excommunicati non sunt membra Ecclesiae.

§. 140. Prob.: ex Scriptura.

Q. Potes ne Patrum auctoritate eandem thesim comprobare?

§. 141. ℞. Maxime. Nam semper ac &c.

Q. Habes ne aliquam rationem pro ea?

§. 142. ℞. adfirm.: Nam illi non &c.

Dices. Excommunicatio est poena medicinalis; Atqui poena medicinalis non esset, imo venenum lethale, si fidelis ab Ecclesia penitus ejiceretur; Ergo etc.

§. 143. ℞. conc. maj. dist. min. &c.

Prop. V. Catechumeni actu non sunt membra Ecclesiae.

§. 144. Prob.: Catechumeni sunt illi &c.

Prop. VI. Non solum praedestinati, sed et reprobi sunt membra Ecclesiae.

§. 145. Prob.: ex Scripturis &c.

Q. Vales ne hanc eandem propositionem rationibus demonstrare?

§. 146. ℞. Maxime. Nam multi sunt &c.

Objic. Ecclesia Christi dicitur ovile; Atqui in hoc ovili non sunt nisi oves, per quas docet Augustinus, *intelligi eos, quos Dominus per præscientiam suam novit esse suos*: praedestinatos nempe; Ergo etc.

§. 147. ℞. conc. maj., dist. min. &c.

Con-

Contra. Atqui per oves ovilis Christi, nempe Ecclesiae, soli praedestinati debent intelligi; Ergo n. r. Prob. subsm. Christus laboravit maxime, fuditque sanguinem suum, ut exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid hujusmodi, sed ut sit Sancta, et immaculata; Atqui hoc esset falsum si per oves ovilis ejus intelligerentur etiam reprobi; Ergo etc.

§. 148. ℞. d. lt. sensum auct. &c.

Contra. Atqui etiam Ecclesia hujus Mundi militans Sancta est, immaculata etc. complete, ut solos prædestinatos complectatur per oves figuratos; Ergo n. r. Prob. subsm. Ecclesia sæpius vocatur corpus Christi mysticum; debet ergo assimilari corpori illius physico; Atqui corpus Christi physicum est undequaque sanctum, et gloriosum, nullam habens sive maculam, sive immunditiam; Ergo et Ecclesia; Adeoque etc.

§. 149. ℞. dist. maj.: Ecclesia &c.

Prop. VII. Non solum justi, sed et peccatores sive publici, sive occulti sunt membra Ecclesiæ, secundum corpus inspectae.

§. 150. Prob.: Ecclesia Catholica &c.

Q. Afferas velim alias rationes pro hujus

propositionis confirmatione.

§. 151. ℞. Ea: Illi vere sunt &c.

Q. Sunt ne Patres pro eadem propositione?

§. 152. Affirm.: Pro quibus unus Augustinus &c.

Dices. Ecclesia est Sancta; Ergo Sancta sint ejus membra oportet; Adeoque etc.

§. 153. ℞. Ecclesia dicitur Sancta &c.

Contra. Atqui si Ecclesia est Sancta, omnia ejus membra debent esse sancta; Ergo n. r. Prob. subsm. Quicumque sunt membra Ecclesiae, sunt filii Dei; quotquot namque, ait Joannes, *receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri*; Atqui peccatores sunt filii diaboli, et ejus membra, juxta illud Domini: *Vos ex Patre diabolo estis*; Ergo etc.

§. 154. ℞. dist. maj.: Quicumque &c.

## Caput V.

### *De distinctione membrorum Ecclesiae.*

Q. Est ne aliqua distinctio inter membra Ecclesiae?

§. 155. ℞. Inter membra Ecclesiae &c.

Prop. I. Presbyteri in vera Christi Ecclesia jure Divino a Laicis secernuntur.

§. 156. Prob.: Illi jure Divino &c.

Prop.

Prop. II. Episcopi jure Divino sunt Presbyteris superiores.

§. 157. Prob.: ex Scripturis &c.

Q. Proba eandem propositionem ex Concilio Tridentino?

§. 158. ℞. In Concilio Tridentino ita legitur &c.

Q. Supremis Ecclesiae pastoribus concessum ne est a Deo jus praecipiendi, et ferendi leges?

§. 159. ℞. Affirmative. Nam ipsis &c.

## TRACTATUS IV.

### *De Romano Pontifice, Conciliis, ac reliquis Theologicis Locis.*

Q. Christus reliquit ne in terris visibile Caput suae Ecclesiae?

§. 160. ℞. Completo Redemptionis &c.

## Caput I.

### *De S. Petri primatu in universa Ecclesiam.*

Q. Quotuplex est primatus?

§. 161. ℞. Primatus, quod ad rem attinet &c.

Prop. S.Petrus a Christo Domino constitutus fuit totius Ecclesiae Caput, ita ut in ea Primatum auctoritatis, et ju-

risdictionis habuerit.

§. 162. Prob.: ex Scripturis &c.

Q. Quid dicunt Patres de hoc Primatu?

§. 163 ℞. Eum S. Petro concedunt. Nam Origines ait &c.

Objic: Ideo asseritur Petrum a Christo fuisse caput totius Ecclesiae constitutum, quia Christus dixit ei: *Tu es Petrus, et super hanc petram etc.* Atqui hoc nullius est roboris. Ergo falsa propositio. Prob. min.: Aliquid roboris ad ostendendum Petri Primatum haberet, quod laudato loco dicitur, si per petram, super quam Christus despondit se aedificaturum Ecclesiam, intelligeretur persona Petri; Atqui per petram SS. Patres non intelligunt Petri personam, sed vel fideles omnes, ut vult Origenes, vel omnes Apostolos, aut Jesum Christum, uti Augustinus; vel tandem ipsam fidei confessionem a S. Petro emissam, uti Hilarius, Ambrosius, et Epiphanius; Ergo etc.

§ 164. ℞. conc. maj., dist. min. &c.

Contra. Atqui per petram, laudato in loco, nec Petrum intelligunt Patres, nec intelligere possunt; Ergo n. r. Prob. subsm. Christus in Scripturis ille est qui dicitur petra, juxta illud Apostoli: *Petra autem erat Christus*; Ergo per

pe-

petram etc., alias injuriam Christo facerent; quod esse nequit.

§ 165. ℞. dist. maj. Christus &c.

Contra, Ex concessis, Petrus est petra, et fundamentum secundarium; Ergo nomen petrae non ita est datum Petro, ut primatum obtinuerit supra caeteros Apostolos. Prob. min.: Omnes Apostoli in Sacris literis dicuntur Ecclesiae fundamenta, secundaria quidem, unde Paulus ad Ephesios, ait: *superædificati super fundamentum Apostolorum etc.* Ergo si ex concessis Petrus est fundamentum secundarium Ecclesiae, nihil differt ab aliis Apostolis; Adeoque nomen petrae etc.

§. 166. ℞. neg utramque consam &c.

Q. S. Petrus habuit ne privilegium infallibilitatis in controversiis fidei, et morum?

§. 167. ℞. affirm. Nam 1. D. Petrus &c.

## CAPUT II.

*De suprema potestate Petri ad Romanos Pontifices transmissa.*

Q. S. Petrus habuit ne successorem in supremo Ecclesiae regimine?

§. 168. ℞. Affirm.: Nam sicuti Christo &c.

Prop.

Prop. I. S. Petrus Romae fuit, atque Romanam Ecclesiam fundavit.

§. 169. Prob. S. Petrus concludens &c.

Prop. II. S. Petrus Romæ obiit, atque ad mortem usque fuit Romæ Episcopus, et universam Ecclesiam gubernavit.

§. 170. Prob.: Traditione.

Q. Quomodo ostendis alteram partem expositæ Propositionis?

§. 171. ℞. Etiam traditione.

Prop. III. Mortuo S. Petro alius successit in regimine Ecclesiæ, non solum ut Episcopus Romæ, sed ut Summus Pontifex loco ejus.

§. 172. Prob. Traditione.

Conclusio. Romanus Pontifex est verus Petri successor, habetque illi a Christo collata privilegia.

§. 173. Prob. I. P. S. Petrus &c.

Q. Velim ottendas propositionem, Conciliorum definitionibus?

§. 174. ℞. Probo Conciliorum definitionibus.

Q. Demonstra nunc alteram propositionis partem.

§. 175. ℞. En: Ille habet &c.

## Caput II.

### *De infallibilitate Romani Pontificis in definiendis rebus Fidei, et morum.*

Q. Quotuplici aspectu potest Romanus Pontifex considerari?

§. 176. ℞. In duplici aspectu &c.

Prop. I. Romanus Pontifex ex Cathedra loquens, in illis, quæ Fidei, et morum sunt errare nequit.

§. 177. Prob.: Romanus Pontifex &c.

Q. Potes ne aliis rationibus Propositionem confirmare?

§. 178. ℞. Maxime. Si Romanus &c.

Objic. Ille in definiendis iis, quæ Fidei, et morum sunt potest errare, qui ut alii homines circumdatus est infirmitate; Atqui, ex D. Paulo, omnis Pontifex ex hominibus assumptus, circumdatus est infirmitate; Ergo etc.

§. 179. ℞. dist. maj.: Ille in &c.

Contra. Atqui Romanus Pontifex, etiam ut est Papa, et Caput Ecclesiæ potest errare in definiendis iis, quæ ad fidem, et mores spectant; Ergo n. r. Prob. subm. Romanus Pontifex, etiam ut Papa, et Ecclesiæ caput potest peccare; Ergo potest etiam errare.

§. 180.

§. 180 ℞. dist. ans. Romanus &c.

Contra. Atqui Romanus Pontifex sicuti potest peccare, ita et potest errare in fide. Ergo n. r. Prob. subsm. Si Romanus Pontifex non posset in fide errare, nihil mereretur praeceptum adimdo de fide conservanda; quia ad meritum requiritur libertas indifferentiae; atqui hoc est falsum, quia Pontifex esset deterioris conditionis quam alii fideles; Ergo etc.

§. 181. ℞. neg. maj.: Esto namque &c.

Dices. Multi Romani Pontifices de facto in haeresim lapsi sunt, atque in fide errarunt; Ergo etc.

§. 182. ℞. Non satis constat num &c.

Prop. II. Romani Pontificis judicium in materia facti doctrinalis infallibile est.

§. 183. Prob.: ex Scripturis.

Q. Habes rationem aliquam theologicam, quam afferas pro hac propositione constabilienda?

§. 184. ℞. Maxime. Et en: Judicare &c.

Prop. III. Judicium Romani Pontificis in Canonizatione Sanctorum infallibile est.

§. 185. Prob.: Romanus Pontifex &c.

Q. Habes ne alia, quae in confirmationem hujus thaesis proferas?

§. 186. ℞. Utique. Sanctorum &c.

Dices. Vulgare illud effatum Augustini circumfertur: *multa corpora Sancto-*

*rum*

*rum venerantur in terris*, *quorum animæ cruciantur in inferno*; Ergo etc.

§. 187. ℞. Communis Theologorum &c.

Inst. Intelligi nequit quomodo Summus Pontifex in Sanctorum canonizatione sit infallibilis; nam in judicio ferendo ipse non nititur testimonio infallibili vel Scripturae, vel revelationis a Deo acceptae, sed hominum testimonio, quod fallibile est.

§. 188. ℞. Etsi Romanus Pontifex &c.

Q. Romanus Pontifex potest ne ferre Leges obligantes universam Ecclesiam?

§. 189. ℞. Affirm.: Nam Romanus &c.

## De Conciliis.

Q. Fuerunt ne aliquando celebrata Concilia? et quid est Concilium?

§. 190. ℞. Quoniam Deus &c.

Q. Quotuplex est Concilium?

§. 191. ℞. Concilium duplex est &c.

## Caput I.

### *De Conciliorum Generalium convocatione*.

Q. Quid Haeretici, quidve Catholici docent circa jus convocandi Concilia Generalia?

§. 192. ℞. Lutherus, Calvinus &c.

Prop. I. Jus convocandi Concilium Generale solus Romanus Pontifex habet.

§. 193. Prob.: Concilium ab eo &c.

Q. Ostende propositionem traditione.

§ 194. ℞. Probo traditione.

Dices. Constans Scriptorum sententia est, octo priora Generalia Concilia fuisse ab Imperatoribus convocata; Ergo jus etc. Imperatores, non Pontifices habent.

§. 195. ℞ dist. ans. Octo priora &c.

Inst. Si jus convocandi Concilium Generale penes Pontificem Romanum, et non penes Imperatorem esset, quoties opus fuisset aliquod Generale Concilium convocare, Pontifex non regasset Imperatorem ut Concilium convocaret; atqui rogabat; Ergo etc.

§. 196. ℞. dist. min.: Rogabat &c.

Prop. II. In Conciliis Generalibus cum jure suffragii decisivi vocandi sunt Patriarchae, Primates, Archiepiscopi, E-

pisco-

piscopi; ex privilegio autem, et consuetudine, Abbates, et Generales Ordinum.

§. 197. Prob. I. pars. In Conciliis &c.

Q. Proba secundam propositionis partem.

§. 198. ℞. Probo. In Conciliis &c.

Dices. Caussa, quae communis est, communibus suffragiis definienda est; sed caussa quae in Conciliis agitatur, cum sit causa fidei, vel morum, omnibus fidelibus communis est; Ergo communibus etc. Adeoque etc.

§. 199. ℞. Caussa quae in Conciliis &c.

Contra. Atqui alii quoque in Concilium cum jure suffragii decisivi convenire debent; quia caussa communis est; Ergo n. r. Prob. subsm. Tempore Apostolorum orta controversia de observatione legalium, *convenerunt Apostoli, et Seniores videre de verbo hoc*, et infra: *Tunc placuit Apostolis, et senioribus cum omni Ecclesia etc.* Ergo etc.

§. 200. ℞. In Concilio Apostolorum &c.

## Caput II.

### *De Præsidentia Conciliis, eorumque confirmatione.*

Q. Quid est Praesidentia, et quotuplex?

§. 201. ℞. Præsidentia quoad rem &c.

Q. Quid Haeretici sentiunt de praesidentia Conciliis?

§. 202. ℞. Lutherus &c.

Prop. I. Ad solum Romanum Pontificem spectat sive per se, sive per suos Legatos Conciliis Generalibus praesidere.

§. 203. Prob.: Concilium Generale &c.

Prop. II. Solus Pontifex Romanus habet jus Concilium Generale confirmandi.

§. 204. Prob.: Ille habet &c.

Q. Potes ne aliter Propositionem probare?

§. 205. ℞. Maxime, Probo ex praxi &c.

Dices. Non raro Imperatores Conciliis praesederunt; atque Concilia confirmarunt; Ergo etc.

§. 206. ℞. Præsidentia Imperatorum &c.

Ca-

## Caput III.

### *De Conciliorum generalium auctoritate.*

Q. Quid Lutherus, quidque Calvinus adversus Concilia effutierunt?

§. 207. ℟. Cum Lutherus &c.

Prop. Concilium Generale a Romano Pontifice confirmatum, infallibile est in iis, quae fidei, et morum sunt.

§. 208 Prob.: In Concilio generali &c.

Prop. II. Pontifex Romanus est supra Concilium generale.

§. 209 Prob.: Nam ut Concilium &c.

Q. Quot fuerunt Generalia Concilia approbata?

§. 210. ℟. Octodecim; 1. nempe &c.

### De reliquis theologicis locis.

Q. Quodnam testimonium praebet unanimis SS. Patrum sententia?

§ 211. ℟. Unanimis Sanctorum &c.

Q. Quantæ est auctoritatis concors Theologorum sententia?

§. 212. ℟. Concors, atque constans &c.

Q. Quodnam argumentum Theologo praebet Philosophorum sententia?

§. 213. ℟. Philosophorum omnium &c.

Q. Quodnam argumentum ex Legibus Civili-

vilibus Theologus habere potest?
§ 214. ℞. Argumentum quod &c.
Q. Ratio naturalis quodnam argumentum Theologo praestat?
§. 215. ℞. Principia tantum &c.
Q. Quid praestant Historici?
§. 216. ℞. Omnes probati &c.

# TRACTATUS V.

*De iis quæ homini tam in exitu, quam post exitum de hoc Mundo eventura sunt.*

## Caput I.

*De hominis exitu ex hoc Mundo, sive de morte.*

Q. Quid est hominis mors?
§ 217. ℞. Mors hominis &c.
Q. Quinam dicitur immortalis?
§ 218. ℞. Immortalis ille dicitur &c.
Q. Quotuplex est hominis immortalitas?
§. 219. ℞. Quoniam vero &c.
Q. Quid Bajus, quidque Pelagius de hominis morte senserunt?
§ 220. ℞. Circa hominis mortem &c.
Prop. I. Homo mortalis erat conditione naturæ, et si perseverasset in statu inno-

nocentiæ, immortalis fuisset beneficio conditoris.

§ 221. Prob.: ex Scripturis &c.

Q. Proba etiam ex Scripturis alteram propositionis partem?

§. 222 ℟. Probo. In Sapientiæ &c.

Q. Affer pro hac propositione S. Augustini testimonium?

§ 223. ℟. En S. Augustini testimonium. *Erat Adæ corpus mortale &c.*

Prop. II. Si Adam non peccasset tam ipse, quam ejus posteri fuissent immortales.

§. 224. Prob.: ex Scripturis.

Q. Proba eamdem Propositionem ex Conciliis?

§. 225 ℟. Probo. Concilium &c.

Q. Proba eamdem Patrum auctoritate.

§ 226. ℟. Probo ex SS. Patribus, &c.

Dices. Si mors esset pœna peccati originalis, BB. Virgo Maria, quæ hodie communiter dicitur, et tenetur absque peccato originali concepta, non debuisset mori; Atqui mortua est; Ergo mors non est etc.; Adeoque etc.

§. 227. ℟. Sicuti in statu innocentiæ &c.

Prop. III. Nemo est de posteris Adæ, qui a morte sit immunis.

§. 228. Prob.: Nam: *quis est &c.*

Objic. Apostolus ad Timotheum scribens, ait: *Testificor coram Deo et Jesu*

*Christo*, *qui judicaturus est vivos*, *et mortuos*; Ergo in fine Mundi, omnes illi, qui vivi reperientur, quin gustent mortem, a Christo Domino judicabuntur; adeoque falsa propositio.

§. 229. R. dist. ans. Et per vivos &c.

Contra. Atqui Apostolus per vivos ibi intelligit, qui necdum mortui sunt, nec erunt morituri; Ergo etc. Prob. subsm. Apostolus de finali judicio loquens, nullam temporis moram ponit inter vitam, quam nonnulli tunc habebunt, et raptum ad judicium; ait namque ad Thessalonicenses scribens: *Nos qui vivimus*, *qui relinquimur*, *simul rapiemur cum illis obviam Christo in aera*; si ergo vivi simul rapiemur, proculdubio mortem non gustabimus; Adeoque etc.

§. 230. R. cum D. Thoma &c.

Contra. Atqui per viventes, laudato in loco, non morituros intelligit Apostolus; Ergo a capite argm. Prob. subsm. Eodem sensu locutus est Apostolus dicens, viventes rapturos fore ad judicium, quo dicitur in Apocalypsi, Antichristum, ejusque præcursorem, mittendos fore in Infernum; Atqui dicitur in Apocalypsi, quod *vivi* missi sunt hi duo in sta-

gnum

gnum ignis ardentis sulphure; ergo pariter illi vivi, quin moriantur, rapientur obviam Christo in aera; adeoque etc.

§. 231. ℞. Falso hic supponitur &c.

## Caput II.

### *De statu animæ post mortem corporis.*

Q. Quid est Anima humana?

§. 232. ℞. Anima humana est &c.

Q. Anima humana est ne spiritualis?

§. 233. ℞. Animam existere, atque &c.

Q. Quinam animae spiritualitatem denegarunt?

§. 234. ℞. ( a versu 6. ) Ex Veteribus præter Arabes, & Sadducæos, permulti &c.

Prop. I. Anima humana post mortem corporis vivit, nec naturaliter interire potest.

§. 235. Prob.: ex Scripturis. Nam &c.

Q. Affer pro hac propositione aliquam auctoritatem.

§. 236. ℞. Probo auctoritate, & rationibus S. Gregorii Neocæsariensis.

Q. Habes ne aliud quod proferas in confirmationem ejusdem thesis?

§. 237. ℞. Utique; idque desumo ex Concilio Lateranense, & ex Auctore &c.

Prop. II. Anima post corporis mortem,

 prae-

praemii, atque supplicii est capax.

§. 238. Prob.: ex Scripturis &c.

Q. Probari ne potes idipsum aliqua ratione?

§. 239. ℟. Probo hac ratione S. Bonaventuræ.

Objic. 1. In Ecclesiaste ita legitur: *Unus est interitus hominum, et jumentorum, et æqua est utriusque conditio . . . et nihil habet homo jumento amplius*; Atqui jumenta quoad corpus et animam intereunt; Ergo ita etiam homines; adeoque falsa propositio.

§. 240. ℟. dist. maj.: Unus est &c.

Contra. Atqui non solum quoad mortem corporis, sed etiam quoad mortem animae, ait Ecclesiastes, aequalem esse interitum hominum, et jumentorum; Ergo n. r. Prob. subsm. Ecclesiastes, post laudata verba, subjungit: *Quis novit si spiritus filiorum Adam ascendat sursum: et si spiritus jumentorum descendat deorsum*. Ergo etc.

§. 241. ℟. cum S. Hieronymo.

Objic. 2. Apostolus ad Timotheum scribens, ait: *Solus* ( Deus ) *habet immortalitatem*; Ergo anima etc.

§. 242. ℟. dist. sensum auctoritatis.

Ca-

## Caput III.

### *De Judicio particulari.*

Q. Est ne necesse fieri particulare judicium?

§. 243. ℟. Affirm.: Quoniam anima humana &c.

Q. Quid est Judicium?

§. 244. ℟. Judicium, quod ad rem attinet, est actus, quo justus remunerator &c.

Q. Qui moriuntur in quotuplici statu considerari possunt?

§. 245. ℟. Qui ex hac vita discedunt &c.

Q. Quid senserunt Haeretici de bonorum præmiis, atque impiorum pœnis?

§. 246. ℟. Justis præmia, impiis &c.

Prop. I. Justi, quibus nihil superest luendum, statim a morte, caelesti beatitudine fruuntur; Impii e contra in Infernum damnati descendunt.

§. 247. Prob. 1. p. ex Scripturis &c.

Q. Quid circa hoc dixerunt Patres Concilii Florentini?

§. 248. ℟. *Definimus*, dixerunt, *illorum &c.*

Q. Proba pariter ex Scripturis alteram propositionis partem.

§. 249. ℟. Probo In libro Numeri &c.

Q. Quid circa hoc ipsum statuit Florentina Synodus?

§. 250. ℟. Statuit: *illorum animas qui &c.*

Objic. 1. S. Joannes in Apocalypsi testa-

 tur

tur se vidisse subtus altare animas interfectorum propter verbum Dei, quæ voce magna clamabant: vindica sanguinem nostrum . . . Quibus dictum est ut requiescerent adhuc tempus modicum, donec compleantur conservi eorum. Atqui hujusmodi animæ sunt animae Martyrum; Ergo si expectare debent, ut impleatur numerus fratrum, et simul glorificentur, cum iste numerus, nonnisi in die Judicii impleatur, profecto tunc aeterna faelicitate potientur; Adeoque etc.

§. 251. ℞. dist. maj.: Et laudato &c.

Objic. 2. Tunc animae justorum aeterna beatitudine fruentur, cum illa dabitur ipsis possidenda; Atqui in Judicio finali Electis dicet Christus Judex: *Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione Mundi*; Ergo etc.

§. 252. ℞. Quoniam in consummatione &c.

Objic. 3. Multi Patres, inter quos Justinus, Iraeneus, Nepos Egyptius, Lactantius, Severus Sulpitius, et aliquando Augustinus ipse; imo quod mirum est, Summus Pontifex Joannes XXII. docuerunt, animas Justorum non potiri beatitudine ante diem Judicii; Ergo etc.

§. 253. ℞. Mirati non debemus &c.

Objic.

Objic. 4. Eadem est putanda sors damnatorum ac daemonum, atqui daemones non cruciabuntur, nisi post finale Judicium; Ergo et damnati; Adeoque etc. Prob. min.: Apud Matthaeum daemones ajunt Christo: *Quid venisti ante tempus torquere nos?* Et apud Lucam: *rogabant illum ne imperaret illis, ut in abyssum irent.* Unde daemones dicuntur Rectores Mundi, et Principes tenebrarum harum; insuper Spiritualia nequitiae in Caelestibus, et Potestates aereae: Ergo etc.

§. 254. ℟. Cum S. Petrus &c.

Prop. II. Anima quaelibet, cum a corpore separatur, particulare subit Judicium, quo ei pœna, vel praemium decernitur.

§. 255. Prob.: Nam Apostolus &c.

Prop. III. Animae cum solo peccato originali decedentes, pœna tantum damni, privationis scilicet visionis beatificae, afficientur.

§. 256. Prob.: Nam ait Christus &c.

Q. Demonstra quomodo nulla alia pœna afficientur?

§. 257. ℟. (a versu 2.): Duæ aliæ pœnæ &c.

Ca-

# Caput IV.

## *De Judicio universali.*

Q. Quid venit nomine Judicii universalis?

§ 258 ℞. Nomine Judicii universalis &c.

Q. Quibus nominibus universale Judicium appellari solet?

§. 259. ℞. Quoniam multa terribilia &c.

Q. Quid de Universali Judicio blaterant Heterodoxi?

§. 260. ℞. diem Judicii aliquando &c.

Prop. I. Christus Dominus in forma humana, sed in majestate magna, et potestate iterum venturus est in Mundum judicare vivos, et mortuos; sed incertum est quando veniet.

§. 261. Prob. prima pars. Nam &c.

Q. Demonstra partem alteram propositionis?

§. 262. ℞. demonstr. Loquens Christus &c.

Objic. 1. Apud Joannem habetur: *Qui credit in eum* (Christum), *non judicatur: qui autem non credit, jam judicatus est*; Si ergo ex hominibus alii, quia boni, non judicantur, alii quia mali; jam judicati sunt, proculdubio nullum erit futurum universale judicium; Adeoque etc.

§ 263. ℞. d st. sensum auct. &c.

Con-

Contra. Atqui nec etiam Judicium condemnationis infideles, nec judicium retributionis credentes in Christum patientur; Ergo n. r. Prob. subsm. In morte quilibet homo judicatur, et statim praemium recipit, vel supplicium; atqui non judicabit Deus bis in idipsum; legitur enim: *Non consurget duplex tribulatio*; Ergo etc.

§. 264. ℞. dist. maj.: In morte &c.

Contra. Atqui nullo modo aliud fiet Judicium ab eo, quod in morte fit uniuscujusque; Ergo n. r. Prob. subsm. In Ecclesiaste habetur: *Ubi ceciderit lignum ad Austrum, aut ad Aquilonem, ibi erit*; Ergo etc.

§. 265. ℞. adductum testimonium &c.

Prop. II. Signa peculiaria proxima futuri Judicii Universalis haec sunt; 1. Evangelii praedicatio, et promulgatio per totum Orbem; 2. Discessio a Romano Imperio, et a fide; 3. Antichristi adventus; 4. Eliae, et Henoch praedicatio; 5. Portenta in Caelo, in elementis, in terra, et in hominibus; 6. Ignis conflagrationis.

§ 266. Prob.: Nam quod primum &c.

Prop. III. Omnes omnino homines cujuscumque aetatis, ordinis, et conditionis ad Judicium vocandi erunt.

§. 267.

§. 267. Prob.: ex Scripturis &c.

Dices. Ex allatis posterioribus verbis D. Pauli ad Corinthios videtur, parvulos abortivos, vel absque Baptismo mortuos, omnino excludi a Judicio; nam isti non habent propria corporis, quae referant; Adeoque etc.

§. 268. ℞. Cum peccatum originale &c.

Prop. IV. Mortuorum resurrectio est possibilis, et aliquando futura.

§. 269. Prob.: Ad mortuorum resurrectionem &c.

Q. Demonstra nunc secundam propositionis partem.

§. 270. ℞. Demonstr. Job ita &c.

Dices. Videtur omnino impossibilis resurrectio hominum. Nam multa corpora cremata fuerunt, et cineres per aera dispersi; non pauca a faeris, piscibus, muribus, aliisque animalibus vorata, et in ipsorum substantiam et corpora transierunt; quomodo ergo fieri potest, ut idem corpus resurgat?

§. 271. ℞. Si humana facultas &c.

Prop. V. Omnes omnino homines tam boni, quam mali, cujuscumque aetatis, resurrecturi sunt.

§. 272. Prob.: Nam ait Apostolus &c.

Dices. Impiis, et peccatoribus in Scripturis denegatur resurrectio; ait namque Psalmista: *Non resurgent impii in judicio etc.*

§. 273. ℞. dist. ans. Impiis &c.

Ca-

## CAPUT V.

### *De Paradiso, seu de statu justorum in altera vita.*

Q. Quid intelligitur hic per Paradisum?

§ 274. ℟. Paradisi nomine &c.

Q. Quibus nominibus Sacris in Literis Paradisus designatur?

§. 275. ℟. Paradisus variis nominibus in &c.

Q. Quinam existentiam Paradisi negarunt, quinam de ejus felicitate haud recte, senserunt?

§. 276. ℟. Paradisum non extare &c.

PROP. I. Dotes Corporis gloriosi sunt quatuor; 1. nempe *impassibilitas*; 2. *Claritas*; 3. *agilitas*; et 4. *subtilitas*.

§. 277. Prob.: quoad singulas dotes.

Q. Habes ne alia, quae afferas in confirmationem expositae Propositionis?

§. 278. ℟. Maxime. D. Paulus ad &c.

PROP. II. In Paradiso animae beatitudo est clare videre Deum, perfecte illum amare, illoque frui.

§. 279. Prob.: ex Scripturis. Nam ait &c.

CA-

# Caput VI.

## *De Inferno.*

Q. Quid intelligitur nomine Inferni?

§. 280. ℞. Inferni nomine intelligitur &c.

Q. Quotuplex est Inferni locus?

§. 281. ℞. Locus Inferni quadruplex est.

Q. Quibus nominibus vocari solet Infernus?

§. 282. ℞. Infernus proprie dictus, variis &c.

Q. Quinam Inferni existentiam denegarunt?

§ 283. ℞. Infernum non extare, sed esse &c.

Prop. I. Datur revera Infernus damnatorum.

§. 284. Prob.: ex Scripturis &c.

Q. Potes ne thesim hanc theologica ratione demonstrare?

§. 285. ℞ Maxime; & quidem ratione theologica in Scripturis ipsis fundata.

Obic: Inferni existentia est purum inventum ad vitia coercenda, a Platonis doctrina, et Poetarum figmentis ortum; Ergo admittenda non est.

§. 286. ℞. Nihil ineptius dici poterat &c.

Contra. Atqui existentia Inferni non est, nisi purum figmentum a Platone, et a Poetis mutuatum; Ergo n. r. Prob. subsm. Infernus qualis asseritur, omnino repugnat tum ex parte Dei, qui est

mi-

misericors et pius, cum ex parte hominis, qui cum sit pronus ad malum, misericordia dignus est; nam novit Dominus figmentum nostrum, et recordatur quoniam pulvis sumus; tum tandem ex parte offensæ, quae cum sit finita, paenam aeternam non meretur; Ergo etc.

§. 287. ℞. Nullo pacto, ex adductis &c.

Contra. Atqui Deus esto sit justus, adhuc tamen repugnat quod existat Infernus. Ergo n. r. Prob. subsm. Esto Deus sit justus, est tamen adeo dives in misericordia, ut numquam misereri obliviscatur; et ejus misericordia, nedum est super omnia opera ejus, sed superexaltat judicium ipsum, et ita quidem ut circumstet justitiam; quare David de misericordia, et de justitia Dei loquens, ponit misericordiam ante, et post justitiam; ait siquidem: *misericors Dominus et justus, et Deus noster miseretur*; Ergo non patietur, aliquem apud inferos tam saeve, et in perpetuum torqueri; Adeoque etc.

§. 288. ℞. laudata in argumento &c.

Prop. II. Christus Dominus statim ac in Cruce emisit spiritum, vere et realiter descendit ad inferos; ad Limbum nem-

pe

pe SS. Patrum.

§. 289. Prob.: Christus ad Inferos &c.

Prop. III. Ignis Inferni est verus ac realis.

§. 290. Probatur. Nam de &c.

Objic: Nequit intelligi quomodo animae spirituales, et daemones ab igne corporeo in Inferno torqueantur; Ergo non in sensu proprio, sed metaphorico accipienda sunt, quae de igne inferni leguntur in Scripturis; Adeoque etc.

§. 291. ℞. neg. consm. Ex quo &c.

## Caput VII.

### *De Purgatorio.*

Q. Quinam Purgatorii existentiam denegarunt?

§. 292. ℞. Plures non modo ex &c.

Q. Dantur ne peccata levia?

§. 293. ℞. Dantur aliqua peccata &c.

Q. In impii justificatione remanet ne aliqua paena temporalis luenda?

§. 294 ℞. In impii justificatione &c.

Q. Omnes ne justi perfecte purgati ex hac vita migrant?

§. 295. ℞. Certum est non omnes &c.

Prop. I. Datur Purgatorium.

§ 296. Prob.: ex Scripturis.

Q. Quid statuit Concilium Florentinum de Purgatorio?

§. 297.

§. 297. ℟. In Decreto unionis statuit &c.

Q. Purgatorii existentia probari ne potest ratione theologica?

§ 298. ℟. Maxime. Nam multi justi &c.

Objic: In Sacra Scriptura duo tantum loca assignantur; aeterna nempe vita pro justis, aeternum supplicium pro reprobis; Ergo nullus datur locus tertius, qui Purgatorium vocatur; Adeoque etc.

§. 299. ℟. Duo tantum loca &c.

Contra. Atqui etiam in praesenti statu duo tantum sunt praedicta loca; Ergo n. r. Prob. subsm. Anima ubi post mortem ceciderit, ibi erit; legitur namque in Scriptura: *Si ceciderit lignum ad Austrum, aut ad Aquilonem ibi erit*; Ergo etiam etc.

§. 300. ℟. Laudato testimonio &c.

Contra. Atqui omnino nullus purgationis locus datur, sed illa duo tantum; Ergo n. r. Prob. min. subsa. Purgatorium est locus tormentorum; Atqui animae justorum, cum ex hac vita discedunt, ad quietem vocantur: *Amodo enim dicit Spiritus, ut requiescant a laboribus suis*; Ergo etc.

§. 301. ℟ Laudato in loco, sermo &c.

Prop. II. Animae in Purgatorio degentes, duplici paena torquentur; poena nempe *damni*, et poena *sensus*.



§. 302.

§ 302. Prob. 1. Pars. Animæ &c.

Q. Proba secundam Propositionis partem?

§ 303. ℟. Probo. Animæ ideo &c.

Q. Quanta est paena Purgatorii?

§ 304. ℟. Quanta sit, & quam gravis &c.

Prop. III. Animae in Purgatorio degentes certæ sunt de futura beatitudine.

§. 305. Prob.: Nam qualibet anima &c.

Prop. IV. Animae in Purgatorio degentes, nec mereri, nec peccare possunt.

§. 306. Prob.: Nam uti in &c.

Prop. V. Animabus in Purgatorio existentibus, vivorum Fidelium suffragia prosunt.

§. 307. Prob.: In Libro II. &c.

## TRACTATUS VI.

### *De Indulgentiis.*

### Caput I.

### *De Indulgentiæ, ac Jubilæi nomine, atque natura.*

Q. Unde venit nomen Indulgentiae.

§. 308. ℟. Indulgentiæ vocabulum &c.

Q. Quid est Indulgentia?

§ 309. ℟. Indulgentia ita potest &c.

Q. Quae paena remittitur Indulgentia?

§. 310. ℟. Indulgentia neque culpa &c.

Q.

Q. Unde derivatur nomen Jubilaei?

§. 311. ℞. Jubilæi nomen non ab &c.

Q. Quid est Jubilaeus?

§. 312. ℞. Quidquid fit de Jubilæi &c.

Q. In quo differt Indulgentia a Jubilaeo?

§. 313. ℞. Indulgentia in hoc differt &c.

Q. Quinam Indulgentias aspernantur?

§. 314. ℞ Quamvis ex doctrina &c.

Prop. Indulgentiam poenitentibus concedere, ab ipso Apostolorum tempore fuit in usu.

§. 315. Prob.: Nam ex Epistola &c.

## Caput II.

### *De spirituali Ecclesiæ thesauro, ejusque dispensatoribus.*

Q. Quid est Ecclesiae Thesaurus?

§. 316 ℞. Thesaurus spiritualis &c.

Q. Ex quibus constat thesaurus Ecclesiae?

§ 317. ℞ Thesauros iste constat &c.

Prop. I. Extat in Ecclesia spiritualis Thesaurus.

§. 318. Prob.: Christus ut homo Deus &c.

Q. Habes ne alias rationes pro hac thesi constabilienda?

§. 319 ℞. Maxime. Nam Virgo &c.

Prop. II. Spiritualis Thesaurus ita est Ecclesiæ concreditus, ut illius bona in favorem fidelium distribuere possit.

§. 320. Prob.: Apud S. Matthæum &c.

Q. Quid de hac materia legitur in Tridentina Synodo?

§. 321. ℞. En: ( a versu 2. ) Cum potestas &c.

Objic. 1. Nullus datur Ecclesiæ spiritualis thesaurus ex passionibus Christi constans, si Christus pro suis passionibus completam a Deo recepit mercedem; Atqui res ita se habet, dicente Apostolo: *Christus humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem; propter quod et Deus exaltavit illum*; Ergo etc.

§. 322. ℞. Passiones Christi &c.

Contra. Atqui Christi passiones, etiam uti satisfactoriæ completam mercedem receperunt, ut proinde nihil amplius superfuerit pro Ecclesiæ thesauro; Ergo n. r. Prob. subsm. Christus passionibus suis Divinæ justitiæ pro peccatis totius Mundi satisfecit; Atqui peccata lethalia, uti offensa Divinæ Majestatis, continent malitiam infinitam; Ergo pretium infinitum pro illis Christus solvit; Adeoque etc.

§. 323. ℞. Ad delenda omnia &c.

Objic. 2. Thesaurus spiritualis, qui defenditur, injuriam facit Christo; Ergo non est admittendus. Prob. ans. Miscere simul merita Christi, et merita Sanctorum est injuria Christi; Atqui

hoc

hoc fit Ecclesiæ thesauro; Ergo etc.

§. 324. ℞. Tunc injuria Christo &c.

Contra. Atqui semper injuria Christo infertur, licet Christi satisfactiones in alio ordine, ac illæ Sanctorum collocentur; Ergo n. r. Prob. subsm. Merita, et satisfactiones Christi sunt infiniti valoris; Ergo non debent iis adjungi merita, et satisfactiones Sanctorum; sed adjunguntur; Ergo etc.

§. 325. ℞ n. utramque consm.

Prop. III. Summus Pontifex potest quascumque Indulgentias in tota Ecclesia concedere. Alii vero Prælati non ita.

§. 326. Prob.: Nam concedere &c.

Q. Alii Prælati quibusnam possunt concedere Indulgentias?

§. 327. ℞. Alii Prælati, Episcopi &c.

Prop. III. Ad concedendam Indulgentiam justa caussa requiritur.

§. 328. Prob.: Nam Pontifex &c.

## Caput III.

### *De multiplici Indulgentiarum varietate.*

Q. Quotuplex est Indulgentia?

§. 329 ℞. Indulgentia alia est plenaria &c.

Q. Est ne alia Indulgentiæ divisio?

§. 330. ℞. Insuper Indulgentia alia &c.

Q. Est ne aliqua celebris Indulgentia ?

§. 331. ℟. Inter alias locales &c.

Q. Quid de hac Indulgentia sensit Kemnitius ?

§. 332. ℟. Quamvis hæc Indulgentia &c.

Prop. Indulgentia Portiunculæ *toties quoties* a Christi fidelibus bene dispositis lucrari potest.

§. 333. Prob.: Nam hæc Indulgentia &c.

Objic. 1. Indulgentia Plenaria, quilibet fidelis remissionem consequitur totius pœnæ temporalis pro culpis remissis debitæ, nihil proinde ei superest luendum; Ergo in eadem die, una vice tantum lucrari potest; Atqui Indulgentia Portiunculæ est Plenaria; Ergo una vice tantum in eadem die lucrari potest; Adeoque etc.

§. 334. ℟. Indulgentia Plenaria &c.

Objic. 2. Indulgentia Portiunculæ si toties quoties eadem die lucrari posset, Pontifices id in suis Bullis atque Decretis expressissent; Atqui non expresserunt; Ergo etc.

§. 335. ℟. Falsum omnino est &c.

Ca-

## Caput IV.

### *De Dispositionibus, quæ requiruntur ad lucrandas Indulgentias.*

Q. Ad lucrandas Indulgentias requiruntur ne dispositiones?

§. 336. ℟. Cum Indulgentiæ &c.

Prop. Ad lucrandas Indulgentias, ex parte suscipientis tria requiruntur; nempe 1. status gratiæ; 2. executio omnis operis a Pontifice præscripti; et 3. si loquitur de Indulgentia Plenaria, propositum, et sollicitudo, quoad fieri possit, satisfaciendi.

§. 337. Exponitur, & probatur &c.

Dices. Si ad lucrandas Indulgentias plenarias, satisfaciendi propositum requireretur, inutiles forent tales Indulgentiæ. Quid namque juvat Indulgentias elargiri, quoties fidelis a satisfaciendi onere non liberatur?

§. 338. ℟. Utilissimæ sunt &c.

## Caput V.

### *De Indulgentiarum applicatione pro Defunctis.*

Q. Quinam adfirmant, quinam negant, In-

dulgentias pro Defunctis applicari posse?

§. 339 ℞. Omnes illi qui ex hac &c.

Prop. I. Animabus in Purgatorio existentibus Indulgentiæ possunt applicari.

§. 340. Prob.: Fideles defuncti &c.

Prop. II. Indulgentiæ non prosunt animabus Purgatorii per modum absolutionis, sed per modum suffragii.

§. 341 Prob.: Summus Pontifex &c.

Q. Quomodo probas alteram Propositionis partem?

§. 342. ℞. Ita probo: Suffragium est &c.

Dices. Nonnumquam Defuncti ab Ecclesia excommunicantur; aliquando etiam ab excommunicatione absolvuntur; Ergo etiam per modum absolutionis Indulgentiæ possunt defunctis prodesse.

§. 343. ℞. Absolutio, vel &c.

Prop. III. Ex justitia potius, quam ex misericordia liberantur animæ, quibus Indulgentiæ applicantur.

§. 344. Prob.: Per Indulgentias &c.

Q. Potest ne dici quod etiam ex misericordia liberentur?

§ 345. ℞. Potest etiam dici &c.

Prop. IV. Ut Indulgentiæ prosint Defunctis requiritur 1. Suprema auctoritas, et jurisdictio in concedente. 2. ut ille qui eas lucratur sit in gratia, et exequatur opera injuncta ex intentione applicandi Indulgentias Defunctis; et 3.

ut

ut Defuncti sint in Purgatorio.

§. 346. Exponitur Propositio.

## CAPUT VI.

## *De Operibus injunctis pro acquisitione Indulgentiarum.*

Q. Pro Indulgentiarum acquisitione requiruntur ne aliqua opera injuncta?

§. 347. ℞. Cum Indulgentiæ &c.

PROP. I. Si Pontifex in concessione Indulgentiæ exigit confessionem Sacramentalem, omnia opera injuncta in statu gratiæ perfici debent.

§. 348. Nam Summus Pontifex &c.

Q. Si quis peccatum mortale non habet, tenetur ne confiteri?

§. 349. ℞. Sacramentalis confessio &c.

Q. Quando præscribitur Eucharistiæ sumptio potest ne hæc anticipari?

§. 350. ℞. Si præter Sacramentalem &c.

PROP. II. Dummodo in concessione Indulgentiæ non exprimatur Confessio Sacramentalis, ad eam lucrandam sufficit status gratiæ per contritionem, saltem eo instanti, quo ultimum opus injunctum perficitur.

§. 351.: Nam status gratiæ tunc &c.

FINIS TOMI I.

# ELENCHUS

## QUÆSTIONUM, ET PROPOSITIONUM

TOMI II.

## TRACTATUS I.

*De Deo, ejusque Divinis Attributis.*

## CAPUT I.

*De Nomine, atque existentia Dei.*

Q. QUibus nomen Dei, Sacris in literis, tribui solet?

§. 1. ℞. Dei nomen Sacris in literis solet &c.

Q. Quid intelligitur proprie nomine Dei?

§. 2. ℞. Dei nomine intelligimus Ens a se &c.

Q. Quid infertur ex allata Dei descriptione?

§. 3. ℞. Infertur quod Deus sit Ens quocumque &c.

Q. Quis est Theista, quis Atheus, et quotuplicis generis sunt Athei?

§. 4. ℞. Deum qui admittit dicitur Theista &c.

Q. Existunt ne Athei?

§. 5.

§. 5. ℞. Atheos practicos extitisse &c.

Prop. I. Dei existentia naturali ratione demonstratur.

§. 6. Nam a magnitudine speciei &c.

Objic. Illud nequit esse objectum demonstrationis, quod credere tenemur; Atqui tenemur credere Dei existentiam, dicente Apostolo: *Accedentem ad Deum oportet credere quia est*; Ergo Dei existentia nequit esse objectum demonstrationis; adeoque etc.

§. 7. ℞. admitt maj.; & dist. min. Atqui &c. Quasi uti est auctor naturæ non possit ejus existentia esse etiam objectum demonstrationis, nego min.: uti est auctor gratiæ, conc. (*).

Contra. Atqui nullo modo Dei existentia esse potest objectum demonstrationis; Ergo n. r. Prob. min. subsa. Deus est Ens a se, et necessarium; sed Entis a se, et necessarii existentia demonstrari nequit; Ergo etc.

§. 8. ℞. conc. maj., dist. min.: Sed &c.

Contra. Atqui nec etiam a posteriori Dei existentia demonstrari potest. Ergo n. r. Prob. subsm. Ut a posteriori Dei existentia demonstrari posset, inter Deum

et

(*) Ita laudatæ minoris distinctio exponenda est, ne quis falso inferat, Deum ut auctorem naturæ, non esse fidei objectum, cum sit objectum demonstrationis. Esto namque Dei ut auctoris naturæ existentia naturali ratione demonstretur; est tamen etiam de fide, Deum esse creatorem Cæli, & Terræ.

et res hujus mundi deberet esse aliqua relatio ; Atqui nulla datur hujusmodi relatio ; nam Deus , et res hujus Mundi, infinito intervallo a se invicem distant ; quippe Deus est Ens a se , aliæ vero res sunt contingentes , et ab alio , ut supponitur ; Ergo etc.

§. 9 ℞. Falsum omnino est inter Deum &c.

Prop. II. Deum esse substantiam spiritualem , omnes possibiles perfectiones habentem , optime demonstratur .

§. 10. Ostenditur ex Scripturis : & ratione . Apud S. Joannem &c.

Objic. contra I. P. In Sacris literis Deo corporea membra tribuuntur ; Ergo Deus substantia spiritualis non est .

§. 11. ℞. dist. ans. In Sacris literis &c.

Contra . Atqui Sacris in literis non in sensu metaphorico , sed proprio , et literali , Deo humana membra tribuuntur ; Ergo n. r. Prob. subsm. Deus fecit hominem ad imaginem suam ; sed homo habet corpus ; Ergo et Deus ; Adeoque etc.

§. 12. ℞. dist. maj. : Deus &c. quoad omnia &c.

Ca-

## Caput II.

### *De unitate Dei.*

Q. Quinam dicuntur Polythei?

§. 13. ℞. Polythei dicuntur illi &c.

Q. Quinam fuerunt Polythei?

§. 14. ℞. Polythei in primis fuerunt &c.

Prop. Deus est unicus.

§. 15. Probatur 1. adversus Hæreticos Scripturis.

## Caput III.

### *De Dei Essentia, Divinisque attributis.*

Q. Quid venit nomine essentiæ?

§ 16 ℞. Nomine Essentiæ generatim &c.

Q. Quid est Dei essentia?

§. 17 ℞. Quid sit id per quod Deus est &c.

Q. Quot sunt in assignanda Dei essentia Scholarum sententiæ?

§. 18 ℞. Cum nonnisi imperfectam de &c.

Q. Quid est attributum Divinum?

§. 19. ℞. Attributum Divinum juxta &c.

Q. Quid est perfectio simpliciter simplex?

§ 20 ℞. Perfectio simpliciter simplex &c.

Q. Quotuplicis generis sunt divina attributa?

§ 21. ℞. Attributa Divina duplicis sunt generis &c.

Prop. I. *Esse Ens a se* est attributum in Deo primum.

§. 22.

§. 22. Prob. : Nam illud attributam &c.

Prop. II. *Aseitas*, seu *esse Ens* a se est formale metaphysicum constitutivum Essentiæ Dei.

§. 23. Prob. 1. Nihil est tam homini &c.

## Caput IV.

### *De præcipuis Dei Attributis.*

Q. Quid de Divinis attributis effutierunt Hæretici?

§. 24. ℞. ( a *versu* 5. ) Circa Divina Attributa varii fuerunt Hæreticorum errores.

Prop. I. Deus est vere, et propriæ æternus.

§. 25. Prob. I. ex Scripturis; & 2. ratione.

Prop. II. Deus est Infinitus in omni genere perfectionis.

§. 26. Prob. 1. ex Scripturis; 2. ratione &c.

Prop. III. Deus est Immensus; scilicet per essentiam rebus omnibus intime præsens.

§. 27. Prob. I. Deus est immensus si &c.

Objic. I. Sacræ literæ apertissime docent, Deum esse in Cælo per essentiam, per virtutem vero tantum in aliis locis; Ergo falsa propositio. Prob. ans. In Psalmis ait Propheta: *Dominus in Cælo sedes ejus*; Ergo etc.

§. 28. ℞. Laudatis verbis nihil aliud &c.

Con-

Contra. Atqui ita Cælum est Dei sedes, ut in aliis locis, nonnisi per solam virtutem, et operationem inveniatur; Ergo n. r. Prob. subsm. Res ita se habet, si Deus sibi Caelum pro sede reservaverit, ac terram dederit hominibus; Atqui ex eodem Psalmista habetur: *Cælum Cæli Domino; terram autem dedit filiis hominum*; Ergo etc.

§ 29 ℞. Si adductum argumentum &c.

Contra. Atqui laudata Davidis verba absolute accipienda sunt, ita ut a quocumque alio loco hujus terræ Dei præsentia excludant; Ergo etc. Prob. subsm. Si David Dei præsentiam a terra non excluderet, non dixisset, Deum de Caelo in terram aspicere, ut videat filios hominum: inclinare Caelos et descendere: exaudire de Caelo, Sancto suo nostras Orationes; Atqui revera ita est; Ergo etc.

§. 30. ℞. Laudata in argumento, & illis &c.

Objic. 2. Si Deus per suam assentiam esset ubique, esse utique etiam in sordidissimis locis; esset in Dæmonibus, et in peccatoribus; Atqui hoc absurdissimum est dicere; cum Deus sit ipsa puritas, et sanctitas; Ergo etc.

§ 31. ℞. Nullum est pertimescendum &c.

Prop. IV. Deus est Ens ita simplex, ut ex-

excludat omnem prorsus compositionem.

§. 32. Prob.: Triplex juxta Theologos &c.

Prop. V. Deus est omnino immutabilis.

§. 33. Prob.: Deus necessitate &c.

Objic. Quem alicujus facti pœnitet, is certe mutabilis est: Atqui pœnituit Deum, quod hominem fecisset in terra; Ergo Deus est mutabilis.

§. 34. ℞. Adm. maj., dist. min.: Atqui &c.

Contra. Atqui Deum vere, ac proprie pœnituit hominem fecisse super terram; Ergo n. r. Prob. subsm. Illum proprie pœnitet alicujus facti, qui tactus dolore cordis intrinsecus, factum illud revocat, aut destruit; Atqui ita Deum pœnituit hominem fecisse; dicitur quippe: *Tactus dolore cordis intrinsecus, delebo, inquit hominem, quem creavi a facie terræ*; Ergo etc.

§. 35. ℞. dist. maj.: Illum etc. si de hominibus etc.

Prop. VI. Deus est Omnipotens.

§. 36. Prob.: Omnipotentia est virtus etc.

Dices. Deus plura nequit facere; Ergo etc. Prob. ans. Deus non potest mori, non potest mentiri, aut fallere; non potest efficere, ut quod factum est, factum non sit; nequit peccare etc.; Ergo etc.

§. 37. ℞. Utique Deus prædicta nequit efficere etc.

Prop. VII. Deus est infinite bonus, et Sanctus.

§. 38. Prob.: In Levitico ait Deus etc.

Dices. Si Deus est infinite bonus, cur tot mala in Mundo? Si est infinite Sanctus, cur tot peccata fieri in Mundo permittit?

§. 39. ℞. Mala physica, quæ in Mundo sunt etc.

Instabis. Deus utpote omniscius novit utique quinam indubitanter salvabuntur, quinam damnabuntur; si ergo esset bonus, non crearet quos scit ituros ad inferos; Atqui eos creat, et in numero majore, præ aliis electis; Ergo bonus non est.

§. 40. ℞. conc. ans, & dist. 1. cons. &c.

## Caput V.

### *De distinctione Attributorum Dei tum ab Essentia, cum a se invicem.*

Q. Quænam dicuntur distincta, et quid est distinctio?

§. 41. ℞. distincta ea dicuntur, quæ &c.

Q. Quotuplex est distinctio?

§. 42 ℞. distinctio duplex est &c.

Q. Quotuplex est distinctio realis, et quænam distinctio realis major?

§. 43.

§. 43. ℞. distinctio realis triplex est &c.

Q. Quænam est distinctio realis minor?

§. 44. ℞. distinctio realis minor, seu modalis &c.

Q. Quænam est distinctio formalis?

§. 45. ℞. distinctio formalis, vel realis &c.

Q. Quotuplex est distinctio rationis?

§. 46. ℞. distinctio rationis, sive per &c.

Q. Quid Hæretici, quidque Scholastici de distinctione attributorum Dei tum ab Essentia, cum a se invicem, senserunt?

§. 47. ℞. Eunomius & cæteri de &c.

Prop. Inter Divinam Essentiam, et attributa, sicut et inter attributa Dei ad invicem datur aliqua distinctio. Ea vero realis major non est.

§. 48. Prob. I. P. S. Athanasius inquit &c.

Q. Quomodo probas alteram propositionis partem?

§. 49. ℞. En. Si daretur distinctio realis &c.

## *De invisibilitate Dei; de ipsius Intellectu, et Voluntate, atque ipsiusmet Providentia.*

### CAPUT I.

### *De possibilitate visionis beatificæ.*

Q. Quotuplex est visio?

§. 50. ℞. Visio duplex distinguitur &c.

Q. Quotuplex est visio mentalis?

§. 51. ℞. Mentalis Visio duplex a Theologis &c.

Q. Quid Hæretici, quid Catholici de visione beatifica senserunt?

§. 52. ℞. Omnes illi, qui Deum &c.

PROP. I. Deum oculis corporeis videri, omnino impossibile est.

§. 53. Prob: ex Scripturis, & ratione (*ut sequitur* §. *eod. Prob*.3.)

Dices. Job sperabat Deum oculis suis corporeis aliquando visurum; ajebat enim: *In carne mea videbo Deum salvatorem meum*; Ergo etc.

§. 54. ℞. cum D. Augustino &c.

PROP. II. Intuitiva Dei visio nedum est possibilis, sed datur.

§. 55. Prob.: ex Scripturis.

PROP. III. Homini etiam in hac præsenti vita, speciali privilegio, possibilis est clara

clara Dei visio ; an autem revera aliquis eam habuerit, non satis certum est.

§. 56. Prob. I. P. Si intuitiva &c.

Objic. Visio Dei intuitiva est visio Dei facie ad faciem, juxta phrasim Pauli Apostoli: *Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem*; Atqui Jacob vidit dominum facie ad faciem; et de Moyse dicitur, quod loquebatur ei *Dominus facie ad faciem, sicut solet loqui homo ad amicum suum*; Ergo certum est, aliquos Dei visionem intuitivam habuisse.

§. 57. ℟. Jacob Patriarcha, non Deum &c.

Prop. IV. Homini, ut Deum clare intueatur, necessarium est supernaturale auxilium, quod est lumen gloriæ.

§. 58. ℟. D. Paulus ad Romanos &c.

## Caput II.

### *De inæqualitate visionis beatificæ.*

Q. Quid Jovinianus, quidque Theologi Catholici de inæqualitate visionis beatificæ sentiunt?

§. 59. ℟. Jovinianus, teste S. Hieronymo &c.

Prop. I. Visio Dei intuitiva æqualis non est in omnibus Beatis.

§. 60. Prob. I. ex Scripturis &c.

Objic. variis mediis 1. In quadam parabola apud S. Matthæum ait Christus ; unum denarium datum fuisse a Patre familias operariis , licet alii plus , alii minus laborassent ; Atqui per hunc denarium , figuratam dicunt Patres visionem beatificam ; Ergo hæc in omnibus Beatis æqualis est .

Secundo . In Cælis , intuitiva Dei visione , Beatus plene satiatur , juxta illud Davidis : *Satiabor cum apparuerit gloria tua* ; Atqui si inæqualis esset visio , non omnes satiarentur ; Ergo etc.

Tertio . Si visio Dei intuitiva inæqualis foret , Beatus qui minori visione donatur , tristari posset de alterius majori visione ; Atqui hoc esset Paradisum evertere ; Ergo etc.

§. 61. ℞. ad singula. Et ad 1. Licet &c.

Prop. II. Inaequalitatem visionis intuitivae, ex inaequalitate tum luminis gloriae , tum intellectuum perspicaciae oriri , admodum probabile est .

§. 62. Prob. : Lumen gloriæ , & intellectus &c.

Q. Beati possunt ne Deum comprehendere ?

§. 63. ℞. Minime. Nam apud Jeremiam &c.

Dices . In Caelo Beati Deum cognoscunt, sicuti a Deo cognoscuntur ; ait namque

que Apostolus : *Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam sicut et cognitus sum*. Atqui Beati cognoscuntur a Deo cognitione perfecta, et comprehensiva; Ergo et eadem cognitione ipsi Deum in Caelo cognoscunt; Adeoque etc.

§. 64. ℟. dist. maj.: In Cælo &c.

Q. Quaenam Beati vident in Deo?

§. 65. ℟. Ineffabilia sunt, quæ Beati &c.

## Caput III.

### *De Intellectu Dei, ejusque scientia.*

Q. Quid est Intellectus?

§. 66. ℟. Intellectus nomine nihil aliud &c.

Q. Est ne in Deo Intellectus?

§. 67. ℟. Potentiam hanc, seu principium &c.

Q. Cujus generis est scientia Dei?

§. 68. ℟. Scientia Dei non est ut nostra &c.

Q. Quotuplex est objectum scientiae Dei?

§. 69. ℟. Scientia Divina duplex habet objectum.

Q. Quotupliciter Ens potest considerari?

§. 70. ℟. Ens omne considerari potest &c.

Q. Quotuplex est scientia Divina?

§. 71. ℟. Scientia Divina sumpta &c.

Prop. I. Deus perfectissime, et intuitive seipsum cognoscit, et comprehendit.

§. 72. Prob.: Apud S. Matthæum &c.

Prop. II. Habet Deus scientiam simplicis intelligentiae, qua mere possibilia cognoscit.

§. 73. Nam in Ecclesiastico &c.

Prop. III. Deus habet scientiam visionis, qua omnia praeterita, praesentia, et futura, etiam libera, et contingentia, cujuscumque sunt generis, et conditionis certo cognoscit; adeo ut ipsum non lateant intima cordium secreta, et mentis cogitationes.

§. 74. Prob.: In Libro Sapientiæ &c.

Prop. IV. Deus certo cognoscit contingentia conditionate futura.

§. 75. Probatur ex Scripturis &c.

## Caput IV.

### *De medio, in quo Deus res cognoscit.*

Q. Quid est medium cognitionis Divinae?

§. 76. ℞. Medium cognitionis Divinæ &c.

Q. Est ne facile medium Divinae cognitionis noscere?

§. 77. ℞. In quo medio Deus omnia &c.

Prop. I. Deus cognoscit se in seipso.

§. 78. Prob.: Medium, in quo res &c.

Prop. II. Deus cognoscit Creaturas possibiles in sua Essentia, et Omnipotentia.

§. 79.

§. 79. Prob. I. P. Nam essentia Divina &c.

Prop. III. In sua Essentia cognoscit Deus res creatas.

§. 80. Prob.: Neque enim, scribit &c.

Prop. IV. Deus futura libera ordinis naturalis cognoscit in determinatione suae voluntatis, includente determinationem voluntatis humanae.

§. 81. Nam ut aliquod liberum sit &c.

Prop. V. Deus futura contingentia supernaturalis ordinis cognoscit in sua Essentia, supposito tamen ejus Decreto, quod illa futura sint.

§. 82. Prob.: Ideo contingentia sunt &c.

Dices contra expositam doctrinam de scientia Dei. Scientia Dei evertit humanam libertatem. Etenim quæ a Deo præcognita sunt, nequeunt non evenire; Ergo non est admittenda.

§. 83. ℞. neg. ans. Nam ut optime S. &c.

## Caput V.

### *De voluntate Dei.*

Q. Quid intelligitur nomine voluntatis?

§. 84. ℞. Voluntatis nomine intelligitur &c.

Q. Datur ne in Deo voluntas?

§. 85. ℞. Esse in Deo voluntatem &c.

Q. Quotuplici sensu Divina voluntas usurpari solet?

§. 86.

§. 86. ℟. Duplici sensu Divina voluntas &c.

Q. Quotuplex est voluntas beneplaciti?

§. 87. ℟. Voluntas beneplaciti in Deo &c.

Q. Quaenam est Dei voluntas efficax, quaenam inefficax?

§. 88. ℟. ( a *versu* 2. ). Prior est illa, quæ &c.

Q. Quaenam dicitur voluntas Dei absoluta, quaenam conditionata?

§. 89. ℟. Prior est illa, qua Deus &c.

Prop. Datur vere in Deo antecedens voluntas omnes homines salvandi, nemine excepto.

§ 90. Prob.: ex Scripturis.

Objic. Si esset in Deo vera voluntas omnes homines salvandi, omnes homines de facto salvarentur; Nam ait David: *Deus omnia quæcumque voluit fecit*; Atqui non omnes homines de facto salvantur; Ergo etc.

§. 91. ℟. dist. maj.: Si esset &c.

Contra. Atqui si esset in Deo vera voluntas salvandi omnes, hæc quaecumque esset, adimpleretur; Ergo n. r. Prob. subsm. Deus, ait Apostolus, *cujus vult miseretur*; et cum miseretur, ipsemet *operatur in nobis velle, et perficere pro bona voluntate*; Ergo si Deus vellet, vera voluntate omnes salvos fieri, omnium misereretur; miserendo, in omnibus operare-

tur

tur velle, et perficere; quare omnes salvarentur; Atqui de facto non omnes salvantur. Ergo non datur ista antecedens voluntas salvandi omnes.

§. 92. ℞. dist. ans. Deus miseretur &c.

## Caput VI.

### *De Libertate Divinæ Voluntatis.*

Q. Quid est Ens liberum; quidque libertas?

§. 93. ℞. Liberum vulgò dicitur &c.

Q. Quotuplex est libertas?

§. 94. ℞. Communiter Libertas duplex &c.

Q. Voluntas Dei est ne libera?

§. 95. ℞. Voluntatem Dei liberam &c.

Q. Quid Gentiles, quidque Haeretici de Divinae voluntatis libertate senserunt?

§. 96. ℞. Consentiunt omnes, sive &c.

Prop. Dei voluntas perfectissima gaudet libertate.

§. 97. Prob. 1. ex Scripturis. 2. ratione theologica.

Dices. Qui est liber potest agere, et non agere; agere hoc potius, quam aliud; sed Deus ab æterno fuit determinatus; Ergo indifferens non est ad agendum; Ergo non est liber.

§. 98. ℞. conc. maj., dist. min.: Sed Deus &c.

Ca-

# Caput VII.

## *De objecto Divinæ voluntatis.*

Q. Quid intelligitur per objectum Divinæ voluntatis?

§. 99. ℞. Per objectum Divinæ &c.

Q. Quotuplex est Divinæ voluntatis objectum?

§. 100. ℞. duplex est Divinæ voluntatis &c.

Q. Quid de objecto Divinæ voluntatis dicunt Theologi.

§. 101. ℞. Quodnam sit objectum primarium &c.

Prop. I. Objectum primarium Divinæ voluntatis est ipsius Dei bonitas essentialis, sive essentia Divina.

§. 102. Prob. I. ex Scripturis &c.

Prop. II. Objectum secundarium Divinæ voluntatis sunt creaturæ omnes, sive in aliqua temporis differentia existentes, sive possibiles.

§. 103. Prob. I. P. Divina voluntas &c.

Prop. III. Mala pœnæ per se, et directe non sunt objectum Divinæ voluntatis, sed per accidens, et indirecte.

§. 104. Prob. I. P. Deus nihil vult &c.

Prop. IV. Mala culpæ sive peccata, nullimode sunt objectum Divinæ voluntatis.

§. 105. Prob. I. ex Scripturis &c.

Dices. Si Deus nollet peccata, ea ab ho-

hominibus non fierent; quis enim potest Dei resistere voluntati? Sed peccata patrantur ab hominibus; Ergo Deus ea vult; Adeoque etc.

§. 106. ℞. dist. maj: Si &c.

Contra. Atqui Deus non solum permittit, sed effective vult peccata; Ergo n. r. Prob. subsm. Qui aliquem ad peccandum impellit; qui alicui præcipit, ut malum aliquod faciat, is certe vult absolute peccatum; Atqui Deus induravit cor Pharaonis, ut fureret adversus Judæos; atque Semei præcepit, ut malediceret David; Ergo etc.

§. 107. ℞. Hæc, & si quæ sunt &c.

Q. Deus necessitate aliqua, saltem morali, tenetur ne semper decernere optimum?

§. 108. ℞. neg.: Nam creatæ res cum fint &c.

Q. Dantur ne Divinæ voluntatis Decreta?

§. 109. ℞. Affirm.: Nam ait Isajas &c.

## Caput VIII.

### *De Divina Providentia.*

Q. Quid est Providentia?

§. 110. ℞. Providentia ex Damasceno &c.

Q. Quinam actus ad Providentiam requiruntur?

§. 111. ℞. Ad Providentiam duo actus &c.

Q.

Q. Quotuplex est Providentia?

§. 112. ℞ Quoniam res omnes vel &c.

Q. Quinam Dei Providentiam sustulerunt?

§. 113. ℞ Qui Mundum hunc a Deo &c.

Prop. I. Datur in Deo Providentia, eaque ad omnia creata, etiam minutissima se extendit,

§. 114. Prob. I. ex Scripturis,

Objic. Si daretur in Deo Providentia, nihil fortuito, et casu accideret in Mundo; Atqui, ut ex pluribus Sacræ Scripturæ locis patet, multa casu eveniunt; Ergo etc.

§. 115. ℞. conc. maj.; dist. min. &c.

Contra. Atqui multa revera casu eveniunt, etiam respectu Dei; Ergo n. r. Prob. subsm. Deus, ex Scriptura, diligit justos, odit iniquos; Ergo si esset in eo providentia, et nihil casu respectu sui eveniret, justi deberent bonis in hoc Mundo abundare, iniqui contra tribulationibus affligi; Atqui oppositum continuo videmus; nam impii, ut plurimum felicem vitam agunt, miseram, atque egentem justi; Ergo etc.

§. 116. ℞. dist. 1. cons. Si esset &c.

Contra. Atqui si esset in Deo Providentia, nullo modo sineret pios vexari, lætari impios; Ergo n. r. Prob. subsm.

Non

Non raro justi miseriis, atque calamitatibus pressi, deficiunt, atque in peccata prolabuntur; et impii bonis, atque facultatibus affluentes, magis superbiunt, et adversus pios confortantur, et opprimunt innocentes; Atqui hoc est indignum Deo; Ergo etc.

§. 117. ℞. Verum est, nonnullos in &c.

Objic. 2. Dedecet Divinam majestatem curam gerere de minutissimis rebus hujus Mundi. Ergo etc.

§. 118. ℞. Si Divinam majestatem non &c.

Contra. Atqui omnino dedecet Divinam majestatem curam gerere de minutissimis rebus hujus Mundi; Ergo n. r. Prob. subsm. Dedecet Principem hujus Mundi de minutissimis rebus curam habere; Ergo a fortiori etc.

§. 119. ℞. dist. ans. Dedecet si pro &c.

Contra. Atqui dedecet; Ergo n. r. Prob. subsm. » Absurdum est, ait S. Hie-» ronymus, ad hoc deducere majesta-» tem Dei, ut sciat per momenta sin-» gula quot nascantur culices, quotve » moriantur; quæ cimicum, et puli-» cum, et muscarum sit in terra mul-» titudo; quanti pisces in aqua natent, » et qui de minoribus, majorum præ-» dæ cedere debeat » Ergo etc.

§. 120. ℞. Jure ait S. Hieronymus &c.

PROP.

Prop. II. Deus Providentia sua ita hominum saluti consuluit, ut omnibus media necessaria paraverit ad æternæ salutis consequutionem.

§. 121. Prob. I. ex Scripturis.

Dices. Multi infantes in matrum utero moriuntur; non pauci etiam statim nati, quin baptizentur, e vita discedunt; Atqui hoc non esset, si Deus omnibus media necessaria paravisset ad æternae salutis consequutionem; Ergo etc.

§. 122. ℞. Quantum ex se est, Deus &c.

## Caput IX.

### *De Prædestinatione, ejusque certitudine, ac signis.*

Q. Quid est praedestinatio?

§. 123. ℞. Prædestinatio secundum &c.

Q. Quinam praedestinationem negarunt. Quidque de ea sentiunt Catholici?

§. 124. ℞. Quotquot animarum &c.

Prop. I. Certa fide tenendum est, dari Divinam praedestinationem ad gloriam, eamque esse indubiam, atque infallibilem.

§. 125. Prob. I. P. ex Scripturis &c.

Objic. 1. Si daretur praedestinatio, ea-

que

que esset indubia, atque infallibilis, nemo amplius sollicitus esset de bonis operibus pro aeterna gloria adipiscenda: Unusquisque enim diceret, aut sum praedestinatus, aut non; si sum praedestinatus, faciam quod velim, tandem indubie salvabor; si vero non sum praedestinatus, habeam quodcumque testimonium in operibus bonis, tandem damnabor. Atqui hoc est contrarium praeceptis Divinis, quibus adstringimur bonis operibus insudare, ut aeterna beatitudine fruamur. Ergo etc.

§. 126. ℟. neg. maj. Existentia &c.

Objic. 2. S. Petrus fideles admonens, ait; *fratres satagite, ut per bona opera certam vestram vocationem, et electionem faciatis. . . . Sic enim abundanter ministrabitur vobis introitus in œternum regnum Domini nostri*; Ergo praedestinatio non est certa, et infallibilis.

§. 127. ℟. Cum complementum nostræ &c.

Objic. 3. Esto aliquis sit praedestinatus, potest tamen in vita sua mortaliter peccare, et in peccato menses et annos ducere, infra quod tempus, ab aliqua caussa externa, subito vita privari, sicque mori in peccato, atque damnari;

 Er-

Ergo praedestinatio non est infallibilis.

§. 128. ℞ Potest utique prædestinatus &c.

Prop. II. Praedestinatio adultorum ad gloriam, probabile est fieri ex praevisis meritis gratiae.

§. 129 Prob. I. ex Scripturis &c.

Q. Habes ne Patres pro hac propositione?

§ 130 ℞ Utique. Nam Theopylactus &c.

Q. Potes ne rationibus theologicis thesim eandem constabilire?

§. 131. ℞. Maxime. Ac primo &c.

Objic. Apostolus ad Ephesios scribens, ait: *Prædestinavit nos secundum propositum voluntatis suæ*; Ergo praedestinatio ad gloriam est omnino gratuita, et non ex praevisis meritis.

§. 132. ℞. dist. ans. Prædestinavit nos &c.

Contra. Atqui adeo Deus praedestinavit nos secundum beneplacitum voluntatis suae, ut excludat praevisionem meritorum; Ergo n. r. Prob. subsm. Idem Apostolus ad Timotheum scribens, inquit: *Vocavit nos vocatione sua Sancta, non secundum opera, sed secundum propositum suum*; Ergo etc.

§. 133. ℞. dist. ans. Et ibi loquitur &c.

Contra. Atqui ex eodem Apostolo, etiam praedestinatio ad gloriam est omni-

mnino gratuita; Ergo etc. Prob. min. subs. Apostolus ad Titum scribens, inquit, *quod non ex operibus justitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit Deus*; Ergo etc.

§ 134. ℟. Non loquitur ibi Apostolus &c.

Contra. Atqui laudatus Apostolus praedestinationem ad gloriam pure gratuitam affirmat; Ergo n. r. Prob. subsm. Ex concessis, praedestinatio ad gratiam, est omnino gratuita; Ergo et praedestinatio ad gloriam. Prob. consa. Prædestinatio ad gloriam est gratia Dei; ait namque citatus Apostolus: *Gratia Dei vita æterna*; Ergo etc.

§. 135. ℟. Prædestinatio ad gloriam &c.

Q. Potest ne homo esse certus de sua praedestinatione?

§. 136 ℟. Non potest homo sine revelatione &c.

Q. Quaenam sunt signa, ex quibus potest quis, saltem conjecturaliter, scire se esse praedestinatum?

§. 137. ℟. principaliora sunt septem I. &c.

Q. Sunt ne plures numero praedestinati, an reprobi?

§. 138. ℟. Si loquimur de hominibus &c.

Q. Quinam sunt praecipui praedestinationis effectus?

§. 139. ℟. Præcipui, atque directi &c.

## Caput X.

### *De Reprobatione, ejusque caussa, et effectibus.*

Q. Quid est reprobatio?

§. 140. ℞. Reprobationis nomine &c.

Q. Quotuplex est Reprobatio?

§. 141. ℞. dupl x distinguitur reprobatio &c.

Q. Qu d Calvinus, et quid sentiunt Catholici de Reprobatione?

§ 142. ℞ Porro t m positivam, quam &c.

Prop. I. Datur Reprobatio positiva, qua nempe aliqui a gloria caelesti excluduntur, et suppliciis addicuntur aeternis.

§. 143. Prob. propositio hac ratione.

Prop. II. Videtur admittendam non esse reprobationem negativam.

§ 144. Pr b: Reprobatio negativa est pura &c.

Prop. III. Deus nominem positive reprobat, atque aeternis addicit suppliciis, qu n ejus peccata, atque demerita praeviderit.

§. 145. Prob.: ex Scripturis.

Dices: *Universa propter semetipsum operatus est Dominus: impium quoque ad diem malum*; Ergo Deus positive aliquos reprobat, non quia peccata in eis praeviderit, sed propter

me-

meram suam voluntatem?

§. 146. ℟. neg. consm. Laudata &c.

Contra. Atqui ideo dicitur, Deum propter semetipsum creare impium ad diem malum, quia ex mera sua voluntate illum reprobat, atque aeternis addicit cruciatibus; Ergo n. r. Prob. subsm. Etsi Jacob, et Esau *nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent, vel mali*, tamen ait Dominus: *Jacob dilexi, Esau autem odio habui*; Atqui per odium Dei intelligitur reprobatio; Ergo etc.

§. 147. ℟. Esto Esau a Deo dicatur &c.

Q. Quot sunt effectus reprobationis?

§. 148 ℟. Tres potissimum; nempe 1. &c.

## TRACTATUS III.

### *De ineffabili Sanctissimæ Trinitatis Mysterio.*

### CAPUT I.

### *De Mysterii SS. Trinitatis cognoscibilitate.*

Q. Quid est Trinitatis Mysterium?

§. 149. ℟. Trinitatis mysterium in hoc &c.

Q. Quid Claudianus Mamertus; quid Pe-

trus Abaelardus; et Raymundus Lullus de Mysterii Trinitatis cognoscibilitate opinati sunt?

§ 150 ℞. Mysterium hocce, omnium &c.

Prop. I. Absque revelationis, et fidei auxilio, sola ratione duce, nequit homo Trinitatis mysterium cognoscere, atque demonstrare.

§. 151. Prob. 1. ex Scripturis.

Q. Potes ne theologica ratione idipsum demonstrare?

§. 152. ℞ Utique, hac theologica ratione &c.

Q. Quid sentis de demonstratione aequiparantiae Raymundi Lulli?

§. 153. ℞. Demonstratione æquiparantiæ &c.

Objic. Seclusa revelatione, et sola naturali ratione ostenditur Deum existere; Atqui Deus est Trinus; Ergo sola ratione ostenditur Deum esse Trinum; adeoque falsa propositio.

§. 154 ℞ dist. maj.: Seclusa &c.

Contra. Atqui sola naturali ratione, ex rebus creatis existentia Dei, etiam ut trinus est, ostenditur; Ergo n. r. Prob. subsm. In rebus creatis multa sunt Dei indicia, etiam ut trinus est; Ergo etc.

§ 155. ℞. dist. ans. In rebus creatis &c.

Contra. Atqui in rebus creatis, secluso fidei auxilio, indicia Trinitatem demon-

monstrantia cognoscuntur; Ergo n. r. Prob. subsm. Secluso fidei auxilio, in rebus creatis cognoscuntur indicia, Dei proprietates demonstrantia; atqui Trinitas personarum in Deo, una est ex proprietatibus Dei; Ergo etc.

§. 156. ℞. dist. maj.: proprietates absolutas &c.

## Caput II.

### *De SS. Trinitatis existentia.*

Q. Quid Haeretici de Trinitatis existentia effutierunt?

§. 157. ℞. Varie variis temporibus &c.

Prop. Pater, Filius, et Spiritus Sanctus sunt tres verae, reales, ac subsistentes Personae.

§. 158. Prob. I. ex Veteri Testamento.

Q. Adsunt ne probationes ex Testamento Novo?

§. 159. ℞. Maxime. Apud Matthaeum &c.

Objic. 1. Praecipuum ex argumentis, quo ex Veteri Testamento ostenditur Trinitas Personarum in Deo, desumitur ex illo Geneseos: *Faciamus hominem ad imaginem, et similitudinem nostram*; Atqui hoc nullius est roboris; Ergo etc. Prob. min. Laudato in loco loquitur Deus in plurali, more Princi-

pum, et Regum ad designandam suam majestatem; Ergo etc.

§. 160 ℞. n. ars. Nam si quod &c.

Contra. Atqui laudato in loco, more Regum Dominus locutus est, dicens *faciamus*; Ergo n. r. Prob. min. subs. Ex concessis, Reges utuntur verbo plurali *faciamus*, quia Optimates alloquuntur, quos sibi ministros adsciscunt; Ergo pariter Deus, loquens in plurali, faciamus, Angelos alloquitur, qui sunt ministri ejus; adeoque etc.

§. 161. ℞ n utramque consam cum &c.

Objic. 2. Apud Isaiam ait Deus: *Ego sum Dominus faciens omnia, extendens Cœlos solus, stabiliens terram, et nullus mecum*; Ergo in Deo sicuti est unica natura, ita unica est, et singularis persona.

§. 162. ℞. conc. ant.; neg. consth. Laudato &c.

Contra. Atqui laudato in loco, non solum creaturarum, sed etiam cujuscumque alterius Personae Divinae consortium Deus excludit; Ergo n. r. Prob. subsm. Eodem in capite per eumdem Prophetam Deus dixerat: *Ego primus, et ego novissimus, et absque me non est Deus*; Atqui non esset primus, et novissimus, nisi exclude-

ret

ret Personarum pluralitatem; Ergo etc.

§. 163. ℞. admitt. test. n. min., & consm.

Contra. Atqui eo in loco *primus*, *et novissimus* dicitur Deus, non solum ad exclusionem inanium Deorum, sed cujuscumque alterius Personae Divinae; Ergo n. r. Prob. subsm. Quo sensu dictum est apud Isaiam: *Ego primus*, *et ego novissimus*, eodem sensu additum est capite sequenti: *Ego Dominus et non est alter*; sed per haec posteriora verba ostenditur, non solum unitas Dei, sed unitas personae, quæ in Deo est; Ergo etc.

§ 164. ℞. n. min., & consm. Falsum &c.

## Caput III.

### *De Verbi Divinitate, ejusque cum Patre consubstantialitate.*

Q. Quid est Verbum?

§. 165. ℞. Verbi nomine hic intelligunt &c.

Q. Quinam Hæretici præcipue negarunt Verbi cum Patre consubstantialitatem?

§. 166. ℞. Præter alibi memoratos &c.

Prop. Divinum Verbum est Deo Patri consubstantiale.

§. 167. Prob. I. ex testimonio Dei &c.

Q. Proba ulterius propositam thesim ipsius-

siusmet Verbi testimonio.

§. 168. ℟. Prob. ex testimonio &c.

Q. Potes ne idipsum aliis Scripturæ locis demonstrare?

§. 169 ℟. adfirm.: Et quidem aliis Sanctarum.

Objic. 1. Ideo asseritur Verbum esse Patri consubstantiale, quia, ut ait Joannes: *In principio erat Verbum*; Atqui hoc nihil probat; Ergo falsa propositio. Prob. min. Moyses dicens: *In principio Deus creavit Cœlum et terram*, non probat eorum æternitatem; Ergo a pari, dicens Joannes: *In principio erat Verbum*, non probat Verbum esse æternum, et Patri consubstantiale.

§. 170 ℟. n. consm., & parit.: Immane &c.

Contra. Atqui sicut Moyses verbis illis: *In principio*, Cæli et terræ æternitatem non probat, ita nec etiam Joannes verbis illis: *in principio erat Verbum*, Verbi æternitatem etc.; Ergo n. r. Prob. subsm. Ideo Moyses verbis laudatis non probat Cæli, et terræ æternitatem, bene vero Joannes Verbi æternitatem ostendit, quia ex contextu satis apparet eum loqui de vera creatione, non sic autem Joannes; Atqui etiam Joannes suis verbis laudatis de

vera Verbi creatione loquitur; Ergo sicut Moyses etc. Prob. min.: Eo sensu ait Joannes : *In principio erat Verbum*, quo sensu Verbum de seipso, nomine Sapientiæ ait: *ab initio et ante sæcula creata sum*; Ergo etiam Joannes etc.

§. 171. ℞. dist. ars. Eo sensu &c.

Contra. Atqui verba *creata sum* indicant veram creationem, sicut verbum Moysis *creavit*; Ergo n. r. Prob. subsm. In adducto S. Joannis testimonio, post verba: *In principio erat Verbum*, sequitur: *et Verbum erat apud Deum*; Atqui quod est apud Deum, certe non est æternum, sed creatura; Ergo Verbum est creatura; adeoque etc.

§. 172. ℞ conc. maj., & dist. min. &c.

Contra. Atqui per illa verba : *Verbum erat apud Deum*, satis ostenditur Verbum esse aliquod a Deo diversum; Ergo n. r. Prob. min. subsm. Si verba illa indicarent Verbum esse cum Patre, et Patri consubstantiale, et non quid a Deo diversum, Joannes loquendo de eo, vocasset illud absolute Patris unigenitum; Atqui Joannes, post laudata verba, vocat illud quasi unigenitum, et non absolute Patris unigenitum, dicens:

*Vi-*

*Vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti a Patre*; Ergo etc.

§. 173. ℟. Tota vis hujus argumenti &c.

## Caput IV.

### *De Spiritus Sancti Divinitate, ejusque cum Patre, et Filio consubstantialitate.*

Q. Quid Heterodoxi de Spiritu Sancto effutierunt?

§ 174. ℟. Non minus adversus Verbum &c.

Prop. Spiritus Sanctus est verus Deus; nempe persona Patri, et Filio consubstantialis.

§. 175. Prob. ex Scripturis, & §. 176. Prob. II.

Objic. 1. Si Spiritus Sanctus esset Deus, persona nempe Patri, et Filio consubstantialis, cognosceret utique alias duas Personas, Patrem scilicet, et Filium; Atqui non cognoscit, dicente Christo: *nemo novit Filium nisi Pater, neque Patrem quis novit nisi Filius*; Ergo etc.

§. 177. ℟. admitt. auct. n. min: cum consa.

Contra. Atqui dato etiam quod Spiritus Sanctus noscat Filium, adhuc tamen Deus non est; Ergo n. r. Prob. min. subs.: Ille Deus non est, quamvis

sciat

sciat et noscat Deum, et quæ Dei sunt, qui id quod scit, scrutando scit, et a Deo audit; Atqui talis est Spiritus Sanctus, *qui scrutatur profunda Dei, et quæcumque audiet luquetur*; Ergo etc.

§ 178. ℞ dist. mai. Si scrutari &c.

Objic. 2. Spiritus Sanctus, ex Apostolo ad Romanos, postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus; sed alium orare, et postulando gemere indignum est Deo, qui se majorem non habet; et ipsa lætitia est, atque beatitudo; Ergo Spiritus Sanctus non est Deus.

§. 179 ℞. dist mai: Spiritus Sanctus &c.

Objic. 3. *Omnia per ipsum*, nempe *per Verbum, facta sunt*, ait S. Joannes; Ergo et Spiritus Sanctus; Adeoque non est Deus.

§. 180. ℞. Quæ facta sunt, utique per &c.

## Caput V.

### *De Divinis Relationibus*.

Q. Quid est Relatio?

§. 181. ℞. Relatio nihil est aliud, quam &c.

Q. Quotuplicis generis sunt relationes in Deo?

§. 182. ℞. duplicis generis sunt &c.

Q.

Q. Quot relationes ad intra?

§. 183. ℞. Hæ aliæ dicuntur originis &c.

Q. Quid de his relationibus sentiunt Theologi?

§. 184. ℞. Esse in Deo relationes &c.

Prop. Dantur in Deo veræ, ac reales originis Relationes.

§. 185. Prob.: In Deo sunt tres veræ &c.

Q. Potes ne quod probasti, ex Conciliis ostendere?

§. 186. ℞. Maxime. Nam, idipsum patet &c.

Q. Quid ex ostensis erui potest?

§. 187. ℞. Ex ostensis hæc duo, veluti &c.

## Caput VI.

### *De missione, ac processione Divinarum personarum.*

Q. Quid est Missio?

§. 188. ℞. Missio hic nihil est aliud &c.

Q. Quid missio supponit?

§. 189. ℞. Missio supponit 1. processionem &c.

Q. Quotuplex est missio?

§. 190. ℞. duplex est missio ex parte &c.

Q. Quid est processio?

§. 191. ℞. Processio generatim sumpta &c.

Q. Quid est processio in divinis?

§. 192. ℞. In Divinis Processio nihil &c.

Q. Quinam in divinis negarunt processiones?

§. 193. ℞. Dari in Divinis missionem &c.

Prop.

Prop. I. Datur vera Missio in divinis.

§. 194. Prob : ex Scripturis.

Dices. Qui mittitur videtur minor, et imperfectior illo, a quo mittitur; Igitur etc.

§. 195. ℞. Hoc verum est de missione &c.

Prop. II. Dantur in Divinis veræ, et reales Processiones.

§. 196 Prob. : ex Scriptura.

Dices 1. Laudati textus videntur loqui de processione, vel missione ad *extra*, non vero *ad intra*; Ergo non dantur etc.

§. 197. ℞. Laudati textus innuunt tam &c.

Dices 2. Processio in Divinis videtur omnino repugnare; nam qui ab alio procedit, posterior utique est illo, a quo procedit; Ergo etc.

§. 198. ℞. Quoniam in Divinis &c.

Prop. III. Spiritus Sanctus a Patre, Filioque procedit.

§. 199. Prob. : ex Scripturis.

Q. Potes ne aliter thesim probare?

§. 200. ℞. Probare possum traditione. S. &c.

Objic. In Scripturis dicitur, solum Spiritum Sanctum a Patre procedere, de ejusdem vero processione a Filio, altum est silentium; Ergo etc.

§. 201. ℞. Dist. maj. : In Scripturis nulla &c.

Contra. Atqui nec verbis quidem æquivalentibus constat ex Scripturis, Spiritum

tum Sanctum a Filio etiam procedere; Ergo etc.: Prob. subsm. Si verba forent in Scripturis æquivalentia, maxime essent illa, quibus dicitur, Spiritum Sanctum, sicuti a Patre, ita et a Filio mitti; Atqui hæc nihil probant. Ergo etc. Prob. min.; Si laudata verba Spiritus Sancti a Filio processionem ostenderent, ostenderent quoque Filii processionem a Spiritu Sancto; Nam apud S. Lucam ait Christus ipse, se a Spiritu Sancto missum evangelizare pauperibus; Atqui hoc est falsum; Ergo etc.

§. 202. ℞. dist. maj. Si laudata verba &c.

PROP. IV, Jure Catholica Ecclesia addidit Symbolo Nicæno particulam *Filioque*.

§. 203. Prob.: Nam Ecclesia Catholica &c.

Objic. In Concilio Ephesino Generali III. severe prohibitum fuit, ne aliquid unquam fidei Symbolo adderetur; Ergo immerito Ecclesia etc.

§. 204 ℞ In eo Concilio vetitum fuit &c.

Contra: Atqui fuit prohibita. Ergo n. r. Si particula illa *Filioque* non fuisset prohibita; Summus Pontifex Leo III. non eam improbasset a Patribus Concilii Aquisgranensis Concilio Nicæno additam; Atqui eam improbavit; Ergo etc.

§. 205. ℞. Cum tempore Leonis III. &c.

Q.

Q. Quomodo vocatur processio Filii, quomodo illa Spiritus Sancti?

§. 206. ℟. Processio Filii vocatur &c.

Q. Cur Processio Filii vocatur generatio, non sic autem illa Spiritus Sancti?

§. 207. ℟. 1. Adeo difficilis hæc quæstio &c.

Q. Quodnam est Principium divinarum processionum?

§ 208. ℟. 1. Principium, quod ad rem &c. § 209. ℟. 2. &c.

Q. Quid est Divinarum personarum Circumincessio?

§. 210. ℟. Circumincessio est Divinarum &c.

Q. Debet ne admitti Divinarum personarum Circumincessio?

§. 211. ℟. affirm.: Nam ait Christus &c.

Dices 1. Christus Filius Dei exivit a Patre, ut ipse testatur, dicens: *Exivi a Patre*; Ergo non est in eo; adeoque etc.

§. 212. ℟. Exire Filium a Patre nihil &c.

Dices 2. Si filius esset in Patre, et Pater in Filio, Pater dici posset Filius, et vicissim Filius Pater; Atqui hoc est absurdum; Ergo etc.

§. 213. ℟. n. maj.: Nam Paternitas &c.

# TRACTATUS IV.

## *De Deo Creatore*.

## CAPUT I.

### *De Mundi creatione*.

Q. Quid est Mundus?

§. 214. ℞. Mundus hic aspectabilis &c.

Q. Quid deducis ex data Mundi descriptione?

§. 215. ℞. Ex data Mundi descriptione &c.

Q. Quid est creatio?

§. 216. ℞. Per creationem sive &c.

Q. Quænam de Mundi creatione circumferuntur sententiæ?

§. 217. ℞. Quamvis hic Mundus continuis &c.

PROP. I. Mundus est a Deo in tempore creatus.

§. 218. Prob. ex Scripturis.

Q. Proba idipsum ratione.

§. 219. ℞. Probo hac ratione. Mundus est &c.

Q. Ostende quod Mundus fuit in tempore creatus.

§. 220. ℞. Ostendo ( a *versu* 2. ). Mundus est ens &c.

Objic. contra 1. p.: Ex nihilo nihil fieri potest; Ergo Mundus creari non potuit; adeoque etc.

§. 221. ℞. dist. ans. Ex nihilo essentiæ &c.

Contra. Atqui Mundus nec etiam ex nihi-

hi-

hilo existentiæ a Deo creari potuit; Ergo n. r. Prob. subsm. Inter esse et non esse reperitur distantia infinita; Atqui distantia infinita superari nequit; Ergo etc.

§. 222. ℞. Distantia infinita negativa &c.

Objic. contra 2. p.: Si Deus ab æterno non creasset Mundum, esset mutabilis; de non creante enim factus fuisset creans; Atqui Deus est immutabilis; Ergo Mundus ab æterno, et non in tempore est creatus.

§. 223. ℞. n. maj.: Nam Deus de non &c.

Prop. II. Omnia sex dierum intervallo Deus condidit.

§. 224. Prob.: ex Scripturis.

Dices. In Ecclesiastico habetur: *Qui vivit in æternum, creavit omnia simul*; Ergo falsa propositio.

§. 225. ℞. Deus dicitur creasse omnia &c.

Prop. III. Probabilius est, Mundum in æquinoctio verno fuisse a Deo conditum.

§. 226. Prob.: Nam cum dixisset Deus &c.

Q. Quid in illis sex diebus in unaquaque die a Deo est conditum?

§. 227. ℞. Prima die ex nihilo &c.

## Caput II.

### *De primorum parentum formatione, atque dotibus.*

Q. Quid de primis Parentibus, eorumque creatione senserunt Hæretici?

§. 228. ℞. Incredibile est quot errorum &c.

Prop. I. Adam quoad corpus et animam, immediate a Deo conditus fuit.

§. 229. Prob.: Nam Scriptura &c.

Prop. II. Ante Adamum, et Evam nullus homo extitit.

§. 230. Prob.: Adam sexta die ab incœpta &c.

Prop. III. Eva reapse ex Adæ costa efformata fuit.

§. 231. Prob.: Quod Scriptura clarissimis &c.

Prop. IV. Revera extitit Paradisus terrestris, in quo Adam, et Eva positi fuerunt.

§. 232. Prob.: Nam ille locus revera &c.

Prop. V. Quæ de primorum parentum tentatione, et lapsu narrat Scriptura, in sensu proprio accipienda sunt.

§. 233. Prob.: Moyses Mundi creationem &c.

Q. Primi Parentes fuerunt ne immortales a Deo conditi?

§. 234. ℞. Primi Parentes mortales &c.

Q. Qua ratione Adamus, ejusque posteri

fuis-

fuissent immortales, si Adam non peccasset?

§. 235. ℞. Si Adam non peccasset &c.

Q. Qua ratione homo in statu innocentiæ immunis erat a passionibus?

§. 236. ℞. Homo in statu innocentiæ &c.

## Caput III.

### *De gratia Adæ primo parenti concessa.*

Q. Quid per gratiam hic intelligitur?

§. 237. ℞. Per gratiam hic supponimus &c.

Q. Quid Hæretici, quid Catholici sentiunt de gratia Adæ?

§. 238. Lutherus justitiam Adæ &c.

Prop. I. Adam ante lapsum, gratia sanctificante præditus erat.

§. 239. Prob.: Nam ex Concilio Tridentino &c.

Prop. II. Communior sententia est, Adamum in gratia sanctificante conditum fuisse.

§. 240. Prob.: ex Scripturis.

Prop. III. Immunitas a miseriis et morte, nec non gratia, qua mereri poterat æternam beatitudinem, in Adamo non fuerunt naturæ conditiones, et proprietates, sed potius dona eidem humanæ naturæ indebita.

§. 241. Prob.: Nam poterat Deus &c.

*Filius non portabit iniquitatem Patris*. Ergo Adæ peccatum in ejus posteros non transfunditur.

§. 249. ℞. dist. sensum auctoritatis.

Objic. 2. » Non peccat infans qui na-
» scitur, cum electionis non sit ca-
» pax : non peccat qui generat . . .
» Non peccat qui condidit ; per quas
» ergo rimas, inter tot præsidia inno-
» centiæ, peccatum fingis ingressum »
ait Julianus?

§. 250. ℞. Per unum hominem peccatum &c.

Prop. III. Peccatum originale per hoc in omnes posteros Adæ traducitur, quod per naturalem viam generationis humanæ in ipso suæ conceptionis momento fiunt homines, et filii naturales ejus tamquam capitis sui, ex Dei Decreto constituti, cum debito habendi justitiam originalem.

§. 251. Prob.: ex Concilio Tridentino.

Q. Potes ne ex Augustino idipsum probare?

§. 252. ℞. Probo ex Augustino, qui ait &c.

Prop. IV. Per Adæ peccatum extinctum non fuit liberum hominis arbitrium.

§. 253. Prob.: Liberum arbitrium est &c.

Q. Ostende eandem ex Tridentino.

§. 254. ℞. Ostendo ex Concilio Tridentino.

Dices 1. Apostolus ait : *Deus operatur*

*omnia in omnibus*; Ergo liberum arbitrium non habemus.

§. 255. ℞. dist. ans. Deus &c.

Dices 2. S. Augustinus aperte testatur, liberum arbitrium, Adæ peccato, in homine penitus fuisse extinctum; ait siquidem: » Libero arbitrio male utens homo et se perdidit, et ipsum »; Ergo etc.

§. 256. ℞. S. Augustinus non loquitur &c.

Q. Qua ratione vires arbitrii, et cognitiones attenuatæ sint?

§. 257. ℞. Hac ratione per culpam Adæ &c.

Q. In quo consistit originale peccatum?

§. 258. ℞. Originali peccato nihil est &c.

Q. Homo potuit ne a Deo condi, qualis nunc nascitur, concupiscentiæ, ad bene agendum difficultati, et ignorantiæ subjectus?

§. 259. ℞. adfirm.: Nam quod in primo &c.

Q. Est ne saltem possibilis status puræ naturæ, in quo scilicet concupiscentia desit; nec sint humanæ mentis vires attenuatæ?

§. 260. ℞. Impossibilis non fuit status &c.

TRA-

# TRACTATUS V.

## De Divina gratia.

## CAPUT I.

### De varia Gratiæ acceptione, atque divisione.

Q. Quid significat nomen Gratiæ?
§. 261. ℟. Gratiæ nomen ad plura &c.
Q. Quotupliciter gratia potest considerari?
§. 262. ℟. Gratia dupliciter considerari &c.
Q. Explica gratiæ definitionem.
§. 263. ℟. Majoris claritatis gratia &c.
Q. Existit ne hæc gratia?
§. 264. ℟. Quod hæc gratia supernaturalis &c.
Q. Quotuplex est gratia supernaturalis?
§. 265. ℟. Hæc gratia supernaturalis &c.
Q. Quotuplex est gratia temporalis?
§. 266. Gratia temporalis dividitur &c.

## CAPUT II.

### De discrimine inter gratiam hominis innocentis, et hominis lapsi.

Q. Quomodo vocatur gratia Adæ collata, quomodo illa, quæ homini nunc conceditur?
§ 267. ℟. Gratia Adæ concessa &c.

Q.

Q. Quid Hæretici, quid Catholici de utriusque gratiæ discrimine sentiunt?

§. 268. ℞. Quodnam sit discrimen istud &c.

Prop. I. Discrimen inter gratiam homini innocenti collatam, et illam, quæ homini lapso confertur, non est in hoc, quod illi Adam dissentire poterat; huic nos cogimur assentiri.

§. 269. Prob.: Hominis culpa etsi &c.

Prop. II. In eo Gratia hominis innocentis ab illa hominis lapsi differre videtur, quod hæc abbundantior sit, potentior, et magis determinativa voluntatis ad bene agendum, Deumque caste diligendum; in qua ut perseveret homo eget iterata, eademque voluntati impressa Christi gratia, qua adhæreat Deo; Adam vero innocens talem non habuit gratiam, neque hujusmodi tam valido indigebat adjutorio ad perseverandum in bono.

§. 270. Prob.: Nam 1. Gratia homini &c.

## Caput III.

### *De existentia Gratiæ interioris ejusque necessitate ad verum cognoscendum, et bonum agendum.*

Q. Quotuplex est Gratia supernaturalis?

§. 271.

§. 271. ℞. Gratia supernaturalis olim &c.

Q. Quotuplex est gratia interior?

§. 272. ℞. Hæc gratia duplex distinguitur &c.

Q. Quid, et quotuplex est gratia habitualis?

§. 273. ℞. Gratia habitualis seu sanctificans &c.

Q. Quid 1. gratia *operans*; 2. *adjuvans*; 3. *subsequens*?

§. 274. ℞. Gratia *operans*, alias *præveniens* &c.

Q. Quid de his gratiis senserunt Hæretici?

§. 275. ℞. Has gratias per Christum existere &c.

Prop. I. Præter liberum arbitrium, et gratias exteriores, admittenda est in statu naturæ lapsæ gratia interior, per merita Jesu Christi.

§. 276. Prob. I. P. ex Scripturis &c.

Q. Quid Tridentinum de hac re statuit?

§. 277. ℞. En ( a *versu* 2. ) *Si quis dixerit &c.*

Q. Proba nunc alteram partem?

§. 278. ℞. Probo, quod nempe gratia &c.

Prop. II. Potest homo sine speciali Dei gratia quasdam veritates naturales certo cognoscere.

§. 289. Prob.: Nam a magnitudine &c.

Q. Proba idipsum ratione.

§. 380. ℞. Probo ratione. Experientia &c.

Objic. Doctrina S. Pauli est, aliorumque sacrorum Scriptorum sæpius repetita, mentem hominis per culpam fuisse sauciatam, et ignorantiæ pœna mul-

cta-

ciatam ; Ergo nullam prorsus veritatem potest homo noscere absque Dei speciali auxilio.

§. 281. ℞. dist. ans. Ignorantiæ pœna &c.

Contra. Atqui S. Paulus aperte docet, nullam penitus veritatem naturalem sine Dei speciali auxilio posse hominem cognoscere ; Ergo n. r. Prob. subsm. Paulus ad Corinthios scribens, ita inquit : *Gratias ago Deo meo semper pro vobis in gratia Dei, quæ data est vobis in Christo Jesu ; quod in omnibus divites facti estis in illo in omni verbo, et in omni scientia* ; Si ergo Paulus omnem scientiam attribuit gratiæ Dei ; profecto aperte docet etc.

§. 282. ℞. dist. ans. Et nomine omnis &c.

Contra. Atqui Paulus omnem, et quamcumque scientiam in homine a gratia repetit ; Ergo n. r. Prob. subsm. Res ita se habet, si Paulus nedum omnem nostram cognitionem, sed et cogitationem nostræ mentis, imo sufficientiam ipsam ad aliquid cogitandum a Deo repetat; Atqui revera hoc facit Paulus ; ad Corinthios namque scribens, ait : *Non sumus sufficientes cogitare aliquid a nobis tanquam ex nobis, sed*

*suf-*

*sufficientia nostra ex Deo est* ; Ergo etc.

§ 283. ℞. Apostolus laudato in loco &c.

PROP. III. Potest homo, absque speciali gratiæ auxilio, aliquas veritates morales, et practicas ordinis naturalis cognoscere.

§. 284. Prob.: Nam Apostolus Paulus &c.

PROP. IV. Ad veritates naturales cognoscendas, et ad ipsum fidei initium habendum, necessarium est gratiae supernaturalis auxilium.

§. 285. Prob.: ex Scripturis. Apud S. &c.

Q. Proba eandem ex Conciliis.

§. 286. ℞. Prob. ex Conciliis. Concilium &c.

Objic. Quod ab homine exigitur, in hominis est potestate; Atqui rerum supernaturalium fides ab homine exigitur, dicente Apostolo: *Si credideris salvus erit*; Ergo fides est in hominis potestate; Adeoqne etc.

§. 287. ℞. dist. maj. Quod non excedens &c.

Contra. Atqui ex citato Apostolo, saltem fidei initium est a nobis; Ergo n. r. Prob. subsm. Paulus ad Romanos scribens, ait: *Velle adjacet mihi: perficere autem non invenio*; Ergo saltem initium bonæ voluntatis est a nobis. Quare S. Augustinus sic ait: » Quod » credimus nostrum est: quod autem

» bo-

» bonum operamur, illius est, qui cre-
» dentibus dat Spiritum Sanctum; »
adeoque etc.

§. 288. ℞. dist. ans. Velle &c. ex gratia &c.

Prop. V. Justorum opera dicenda non sunt peccata.

§. 289. Prob. 1. De Job namque legitur &c. §. 290. Prob. 2. auct. Concilii &c.

Prop. VI. Homo, sanctificante gratia destitutus, potest aliquod morale bonum facere; proinde omnia peccatoris opera non sunt peccata.

§. 291. Prob. 1. Apud Ezechielem &c.

Q. Quid de hoc statuit Tridentinum.

§. 292. ℞. In eo ita definitum habetur &c.

Objic. Jesu Christi Domini nostri oraculo apud S. Matthæum: *Non potest arbor mala bonos fructus facere.* Atqui malarum arborum nomine intelliguntur peccatores, et nomine bonorum fructuum intelliguntur opera bona; Ergo peccator nequit opus bonum efficere; adeoque falsa propositio.

§. 293. ℞. dist. 1. cons. Peccator quoties &c.

Contra. Atqui quomodocumque peccator agit, sua opera mala sunt, et peccata. Ergo n. r. Prob. subsm. Apostolus ad Titum scribens ait: *Omnia munda mundis, coinquinatis autem et infidelibus nihil est mundum,*

sed

*sed inquinatæ sunt eorum mens , et conscientia* ; Atqui peccator est coinquinatus ; Ergo ei nihil est mundum ; adeoque quomodocumque etc.

§. 294. ℞. Apostolus laudato in loco &c.

Prop. VII. In præsenti statu , homo fidei gratia destitutus, potest velle , et operari bonum aliquod opus morale naturalis ordinis sine gratia actuali ; adeoque non omnia Infidelium opera sunt peccata .

§. 295. Prob. 1. Nam Sacris in Litteris &c.

Q. Potes ne idipsum probare ratione ?

§. 296. ℞. Maxime ; Probo hac ratione .

Objic. 1. ex Apostolo : *Quod non est ex fide peccatum est* ; atqui opera Infidelium non sunt ex fide ; Ergo sunt peccata .

§. 297. ℞. dist. maj. Quod &c. quia fit &c.

Objic. 2. Si absque gratia fidei posset infidelis aliquod morale bonum efficere, infideles possent placere Deo ; atqui *sine fide impossibile est placere Deo*; Ergo etc.

§. 298. ℞. dist. maj. : Si absque gratia &c.

Prop. VIII. Homo sine actuali gratia nequit supernaturale opus efficere ad salutem æternam conducens . Quare etiam justi gratia actuali opus habent , ut in bono perseverent .

§. 299.

§. 299. Prob. : ex Scripturis. Apud &c.

Q. Probari ne potes idipsum Conciliorum auctoritate ?

§. 300. ℞. Maxime ( a *versu* 2. ) Siquidem in &c.

Q. Proba secundam propositionis partem ex Scripturis, et Conciliis.

§. 301. ℞. Prob. 1. ex Scripturis. § 302. ex Conciliis.

Dices contra 1. partem propositionis. Multa in Sacris Scripturis leguntur, quæ satis superque ostendunt, posse hominem, sine gratia actuali, bonum aliquod supernaturalis ordinis efficere", Sane David ait : *mane oratio mea præveniet te* : Per Prophetam Ezechielem, ait Dominus : *Convertimini, et agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris . . . Et facite vobis cor novum, et spiritum novum*. Similiter per Zachariam : *Convertimini ad me dicit Dominus exercituum, et convertar ad vos*. Tandem in Proverbiis habetur : *Hominis est animam præparare etc.* Ergo sine gratia etc.

§. 303. ℞ dist ans. Et hæc omnia &c.

Q. Potest ne homo sine gratia Deum diligere ?

§. 304. ℞. Si Deus consideretur ut auctor &c.

Q. Homo lapsus, sine gratia actuali potest ne servare omnia præcepta Legis na-

naturæ, ita ut non peccet?

§. 305. ℞. Neg.: Nam per observantiam &c.

Q. Homo sine gratia potest ne superare tentationes?

§. 306. ℞. Non potest superare tentationes graves &c.

## Caput IV.

### *De Gratia efficaci.*

Q. Quid est gratia efficax?

§. 307. ℞. Gratia efficax est auxilium &c.

Q. Datur ne gratia efficax?

§. 308. ℞. Hanc gratiam dari, dogma fidei &c.

Q. Unde repetenda est gratiæ efficacia?

§. 309. ℞. Lutherus & Calvinus docuerunt &c.

## Caput V.

### *De Gratia sufficienti.*

Q. Quid est gratia sufficiens?

§. 310. ℞. Gratia sufficiens prout &c.

Q. Quid de gratia sufficiente sensiunt Hæretici?

§. 311. ℞. Martinus Lutherus nullum discrimen &c.

Prop. I. In præsenti statu naturæ lapsæ, præter gratiam efficacem, admittenda est gratia mere sufficiens.

§. 312. Prob.: Gratia sufficiens est illa &c.

Q. Proba idipsum ratione?

§. 313. ℟. Probo hac ratione. Si non daretur &c.

Objic. 1. Innumera sunt Sacræ Scripturæ loca, quæ clarissime ostendunt, Dei gratiam effectu suo non frustrari; nullam esse gratiam, cui ab humana voluntate resistatur; Ergo præter gratiam etc.

§. 314. ℟. dist. ans. Innumera &c.: Et illa &c.

Objic. 2. Gratia sufficiens non consequitur effectum suum; Ergo frustra datur; atqui Deus nihil dat frustra; Ergo non dat gratiam sufficientem.

§. 315. ℟. ex quo gratia sufficiens &c.

Prop. II. Gratia sufficiens datur etiam Infidelibus, et peccatoribus.

§. 316. Prob. 1. de Infidelibus. §. 317. de Peccatoribus.

Objic. contra 1. p. *Fides est ex auditu*, ait Apostolus; *auditus autem per verbum Christi*; et sane: *quomodo credent ei, quem non audierunt? Quomodo autem audient sine prædicante? Quomodo vero prædicabunt, nisi mittantur?* Ut ergo Infidelis fidem recipiat, necesse est ei prædicetur, et prædicetur a viris a Deo missis; atqui viri a Deo missi aliquando prohibiti sunt Evangelium Infidelibus prædicare: Hinc legitur de Paulo et Timotheo, quod vetati *sunt a Spiri-*

*tu*

*tu Sancto loqui verbum in Asia*; et cum *tentabant ire in Bithyniam*, Evangelium utique prædicaturi, *non permisit eos spiritus Jesu*; Ergo etc.

§. 318. ℞. Verum est aliquando infidelibus &c.

Prop. III. Gratia sufficiens datur quoque induratis atque obcæcatis.

§. 319. Prob.: Apud S. Matthæum &c.

Q. Proba idipsum ex Patribus.

§. 320. ℞. Probo ex Patribus. S. Augustinus &c.

Objic. Obduratio, ex D. Augustino, oritur ex gratiæ subtractione. » Nam » non obdurat Deus impertiendo ma» litiam, sed non impertiendo gra» tiam ». Ergo falsa propositio.

§. 321. ℞. Duplex obduratio distinguenda est &c.

Q. Gratia sanctificans est ne diversa a Charitate?

§. 322. ℞. Duplex est Theologorum sententia.

## Caput VI.

### *De Justificatione, et gratia ad eam obtinendam requisita.*

Q. Quid est Justificatio?

§. 323. ℞. Justificationis nomine &c.

Q. Quæ importat Justificatio?

§. 324. ℞. Justificatio duo importat &c.

Q. Datur ne Justificatio?

§. 325. ℞. (*a versu* 2.) Affirmant Theologi &c.

Prop. I. In Justificatione peccata vere remittuntur, delentur, atque penitus tolluntur.

§. 326. Prob.: Nam Propheta David &c.

Dices. Propheta David inquit: *Beati quorum remissæ sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata. Beatus vir, cui non imputavit Dominus peccatum*; Ergo in Justificatione peccata teguntur, et non imputantur, non vero penitus delentur, atque tolluntur.

§. 327. ℞ Laudata verba tecta sunt &c.

Prop. II. Non aliqua tantum, sed omnia penitus peccata, sive ante, sive post Baptismum commissa in justificatione remittuntur.

§. 328. Prob.: Nam per Ezechielem &c.

Prop. III. Homo justificatur, non solum per veram peccatorum remissionem, sed etiam per intrinsecam infusionem gratiæ inhærentis.

§. 329. Prob: ex Scripturis.

Q. Quid de hac re statuit Tridentinum?

§. 330. ℞. In eo hæc de fide determinata &c.

Prop. IV. Gratia ad justificationem requisita est gratia habitualis.

§. 331. Prob.: Nam ad justificationem &c.

Q. Quænam sunt causæ justificationis impii?

§. 332. ℞. Ex Concilio Tridentino sunt &c.

Q. In adulto requiritur ne aliqua dispo-

si-

sitio ad gratiam justificationis obtinendam?

§. 333. ℟. Affirm. & est de Fide.

Q. Quænam sunt dispositiones in adulto ad gratiam justificationis consequendam?

§. 334. ℟. Primaria dispositio ex parte &c.

Dices. Si homo posset ad justificationis gratiam se præparare, posset gloriari de sua justificatione, quasi sibi debita; atqui hoc est absurdum; Ergo etc.

§. 335. ℟. Si homo suis naturæ viribus &c.

## Caput VII.

### *De Merito, deque conditionibus ad meritum requisitis:*

Q. Quid est meritum?

§. 336. ℟. Meritum hic stricte &c.

Q. Quotuplex est meritum?

§. 337. ℟. Meritum a Theologis dividi solet &c.

Q. Quid de merito senserunt Gilbertus Porretanus, Lutherus, et Calvinus?

§. 338. ℟. Gilbertus Porretanus &c.

Prop. I. Justi per bona opera gratiæ auxilio facta, de condigno merentur æternam beatitudinem.

§. 339. Prob.: ex Scripturis &c.

Q. Quid de hac re definierunt Concilia?

§. 340. ℟. In Concilio Lateranensi IV. ita &c.

Q. Quid Patres docuerunt?

§. 341. ℟. Quod nos tuemur. Præ aliis audiantur &c.

Prop. II. Ut Justorum opera sint æternæ vitæ meritoria, requiritur ex parte Dei promissio, et pactum de dando præmio.

§. 342. Prob.: ex Scripturis.

Q. Quid Concilia Senonense, et Tridentinum de hac re decreverunt?

§. 343. ℟. Concilium Senonense hæc habet &c.

Prop. III. Ad meritum de condigno duo ex parte operantis requiruntur; nempe 1. ut sit in vita; et 2. in statu gratiæ.

§. 344 Prob.: Nam 1. in statu viæ &c.

Prop. IV. Ad meritum ex parte actus tria requiruntur; nempe 1. Libertas non solum a coactione, sed etiam a necessitate; 2. ut actus sit bonus; et 3. ut eliciatur ex actuali auxilio gratiæ.

§. 345. Prob.: quoad singulas partes. Et 1. in Scriptura de homine justo &c. §. 346. Prob. 2. P. §. 347. Prob. 3. P.

Prop. V. Præter meritum de condigno datur meritum de congruo.

§. 348. Prob.: In Scripturis legitur &c.

Q. Quænam cadunt sub meritum de condigno?

§. 349. ℟. Hæc duo; nempe 1. &c.

Q. Potest ne aliquis, per merita antece-

den-

dentia, de condigno mereri reparationem post lapsum?

§. 350. ℞. neg: Nam inter alias conditiones &c.

Q. Potest ne aliquis justus alteri mereri primam gratiam, gloriam, et alia bona supernaturalia?

§. 351. ℞. Poteſt quidem de congruo &c.

# TRACTATUS VI.

## *De Angelis.*

## CAPUT I.

### *De Angelorum existentia.*

Q. Quid significat Angeli nomen?

§. 352. ℞ Angeli nomen, officii vocabulum &c.

Q. Quid est Angelus?

§. 353. ℞. Per Angelum autem hic &c.

Q. Quinam Angelorum existentiam negarunt?

§. 354 ℞. Angelos exiſtere in primis &c.

Prop. Angelos existere ex Scripturis tam Veteris, quam Novi testamenti clarissime demonstratur.

§. 355. Prob. 1 ex Scripturis &c.: §. 356. ex Scripturis Novi Teſtamenti.

Objic. Si angeli existerent, de eorum creatione mentio fieret in Genesi; atqui ne verbum quidem de Angelorum creatio-

 tio-

tione in Genesi a Moyse fit; Ergo etc.

§ 357. ℟. dist. min.: Atqui &c expressum &c.

Contra. Ex concessis Angelorum creationem Moyses expresse non scripsit; Ergo non existunt. Prob. min. sub. Angeli, ex citato S. Augustino, sunt substantiæ aliis creatis rebus, et ipso homine, præstantiores. Si ergo Moyses expressis verbis aliarum rerum creationem descripsit, a fortiore describere debuisset Angelorum creationem verbis expressis; atqui expresse non descripsit. Ergo Angeli non existunt.

§. 358. ℟. dist. min. Et justa ratio fuit &c.

## Caput II.

### *De Angelorum natura, eorumque creatione.*

Q. Quid est Corpus?

§ 359 ℟. Corpus est substantia extensa &c.

Q. Quid est spiritus?

§ 360. ℟. Spiritus prout corpori opponitur &c.

Q. Quid de Angelorum natura effutierunt Heterodoxi?

§. 361. ℟ Circa Angelorum naturam &c.

Prop. Angeli sunt substantiæ omnino spirituales.

§. 362 Prob.: ex Scripturis; & § 363. auctoritate Concilii Lateranensis.

Ob-

Objic. Quod oculis corporeis cernitur, spiritus certe non est; atqui Angeli, ut in Sacris literis habetur, oculis corporeis visi fuerunt à multis; Ergo spiritus non sunt; adeoque etc.

§. 364. ℞. dist. min.: Atqui &c.

Contra. Atqui Angeli in corporibus propriis, et ipsis naturaliter unitis apparuerunt; Ergo n. r. Prob. subsm. Qui se alteri corporeis oculis conspiciendum præbet, loquitur, manducat, bibit, deambulat, decertat, aliasque similes actiones facit, corpus certe habet sibi naturaliter unitum; atqui Angeli, uti patet ex Scripturis, locuti sunt, manducarunt, atque biberunt, deambularunt, prælia commiserunt etc. Ergo Angeli?

§. 365 ℞. Bene possunt Angeli, quin &c.

Contra. Atqui laudatæ Angelorum operationes manifeste ostendunt, eos vero corpore, et sibi naturaliter unito constare; Ergo n. r. Prob. subsm. Ostendunt Catholici adversus Hæreticos, Christum verum corpus habuisse, ex eo, quia manducavit, bibit, deambulavit, locutus est; ergo satis ostenditur Angelos verum corpus habere, eo quia

man-

manducarunt, biberunt, locuti sunt etc.; adeoque etc.

§. 366. ℟. Non ex eo solum quod &c.

Objic. II. Multi Sancti Patres, Angelos corpus saltem subtile, atque agile habere docent. Ergo non sine temeritate asseritur contra eorum doctrinam, Angelos esse penitus incorporeos.

§. 367. ℟. Quidquid sit de antiquis illis &c.

Q. Angeli sunt ne immortales?

§. 368. ℟. Cum Angeli corpore proprio &c.

Q. Angeli specie differunt inter se, an solum numero?

§. 369. ℟. Angeli solo numero differunt &c.

Q. Angeli fuerunt ne a Deo creati?

§. 370. ℟. Affirm.: Nam si non fuissent &c.

Q. Quando creati fuerunt Angeli?

§. 371. ℟. Creati fuerunt simul &c.

Q. Ubi creati fuerunt?

§. 372. ℟. Probabilius est, Angelos &c.

Q. Angeli fuerunt ne in gratia creati?

§. 373. ℟. Angeli omnes creati fuerunt &c.

Q. Quodnam fuit malorum Angelorum peccatum?

§. 374. ℟. fuit superbia. Nam de &c.

Q. Angeli sunt ne in loco?

§. 375. ℟. Angeli sunt in loco.. Nam &c.

Q. Qua ratione in loco moventur?

§. 376. ℟. Angeli vere, & realiter &c.

Q. Qua ratione Angeli dicuntur ad invicem loqui?

§. 377. ℟. Quod Angeli vere inter se &c.

## Caput III.

### *De bonorum Angelorum custodia, malorumque infestatione.*

Q. Quid de Angelorum bonorum custodia senserunt Hæretici; quidque de dæmonibus Libertini?

§. 378. ℞. Joannes Calvinus cum &c.

Prop. I. Quilibet homo sive fidelis, sive infidelis, sive justus, sive peccator peculiarem habet Angelum ad sui custodiam a Deo deputatum.

§. 379. Prob.: ex Scripturis.

Q. Proba idipsum auctoritate Patrum.

§ 380 ℞. Probo ex SS. Ecclesiæ Patribus.

Q. Potes ne aliter idipsum probare?

§. 381 ℞. Maxime: his rationibus &c.

Objic. Apostolus ad Hebræos de Angelis scribens, ait: *Nonne omnes sunt administratorii Spiritus in ministerium missi, propter eos, qui hæreditatem capient salutis?* Ergo soli prædestinati, qui salvantur habent Angelum custodem, et non alii; adeoque etc.

§. 382. ℞. Cum Cornelio a Lapide.

Contra. Atqui solis electis, et prædestinatis, non vero aliis Angelus custos conceditur; Ergo n. r. Prob. subsm. Ex concessis, Angelorum ministerium,

quo-

quoad reprobos, frustratur effectu suo; Sed quod frustratur effectu suo, fieri per Angelos a Deo non permittitur; Ergo solis electis etc.

§. 383. ℞. dist. maj.: Frustratur effectu &c.

Prop. II. Cuilibet etiam Regno, Provinciæ, imo Civitati deputatus est Angelus Custos.

§. 384. Prob.: ex Scripturis.

Prop. III. Haud improbabile est, singulis quoque hominibus Angelum malum a Dæmonum Principe deputari; at non semper, et pro lubitu, sed in quantum Deus permittit ad meritum Electorum, vel ad pœnam Reproborum.

§. 385. Prob.: ex Scripturis.

Q. Ostende idipsum ex Patribus.

§. 386. ℞. Ostendo ex Patribus. Liberi &c.

Q. Angeli mali obsident ne corpora?

§. 387. ℞. Affirm.: Nam Diabolus &c.

Q. Quomodo corpora obsident?

§. 388. ℞. Cum Seraphico Doctore.

Q. Angeli sive boni, sive mali possunt ne efficere miracula?

§. 389. ℞. Neque Angeli boni &c.

Q. Quo in loco sunt Angeli mali?

§. 390. ℞. Quorundam satis nota &c.

Q. Quam pœnam patiuntur?

§. 391. ℞. Pœna majorum Angelorum &c.

Q. Quot sunt Angelorum Ordines?

§. 392. ℞. Novem sunt Angelorum Ordines &c.

Q.

Q. Quot sunt Angelorum Hierarchiæ?
§. 393 ℞. Hierarchiæ nomine intelligitur &c.

## TRACTATUS VII.

### *De Sacratissimo Incarnationis Verbi Dei Mysterio.*

### CAPUT I.

### *De Verbi Divini Incarnationis possibilitate.*

Q. Quid est Incarnatio?
§. 394. ℞. Incarnatio hic juxta &c.
Q. Expone summam hujus Mysterii.
§. 395. ℞. Hujus Mysterii Fidei summa &c.
Q. Quid est possibile?
§. 396. ℞. Possibile dicitur id &c.
Q. Quotupliciter potest aliquid demonstrari possibile?
§. 397. ℞. Dupliciter potest aliquid &c.
Q. Quinam Incarnationis Mysterium impossibile dicunt, vel aspernantur?
§. 398. ℞. Incarnationis Mysterium &c.
PROP. I. Divini Verbi Incarnatio impossibilis non est.
§. 399. Prob.: Deus infinita, qua pollet &c.
PROP. II. Incarnationis possibilitas, et a fortiori ejus existentia, nequit adver-

sus

sus Gentiles *positive* demonstrari, sed *negative* tantum.

§. 400. Prob. I. P. Scripturis, & Patribus.

Q. Probare ne aliter potes idipsum?

§. 401. ℞. Maxime, hac ratione theologica.

Q. Proba nunc partem alteram.

§. 402 ℞. Probo: Illud negative &c.

Prop. III. Verbi Divini Incarnatio, nedum possibilis, sed jam peracta adversus Gentiles indirecte demonstratur.

§. 403. Prob.: Jesus Christus Mariæ &c.

Dices. Jesu Christi miracula si fuerunt patrata uti narrantur, vera utique miracula fuisse negari nequit; Sed non constat, num revera ita a Christo patrata fuerint, uti refertur. Nam qui ea narrant, fuerunt ejus discipuli, qui mira et magna supra humanum modum de proprio magistro scribere potuerunt, quin revera facta fuissent; Ex miraculis ergo Jesu Christi, non satis ostenditur adversus Gentiles, ipsum esse verum Messiam; eo vel maxime, quod libri Evangeliorum a Gentilibus ut Divini non habentur.

§. 404. ℞. Jesu Christi miracula taliter &c.

Ca-

## CAPUT II.

### *De Incarnationis existentia adversus Judæos.*

Q. Quid de Incarnatione sentiunt Judæi?

§. 405. R. Si qui fuerunt, quibus Verbi &c.

PROP. I. Jacob Patriarcha moriens de Verbo Incarnato vaticinatus fuit.

§ 406. Prob.: Inter alios characteres &c.

PROP. II. Jacobi Patriarchæ vaticinium de Messia, adimpletum jam est.

§. 407. Prob.: Jacob prædixit tunc &c.

PROP. III. Danielis Prophetia de adventu Messiæ, jam adimpleta est.

§. 408. Prob.: Daniel Propheta cum &c.

PROP. IV. In Jesu Christo Mariæ Filio adimpleta fuerunt omnia Prophetarum oracula, quæ de ortu, vita, et morte Messiæ in Veteri Testamento, extant; proinde ipse est verus Messias.

§. 409. Prob.: Verus Messias &c.

Objic. Messias nondum advenit si quæ a Prophetis de eo prædicta fuerunt, non sunt adhuc adimpleta; Atqui res ita se habet; Ergo falsa propositio.

§. 410. R. dist. maj.: Messias &c.

Contra. Atqui etiam illa, quæ tempore primi adventus Messiæ adimplenda erant, adimpleta non sunt; Ergo n. r. Prob.

sub-

subsm. Isajas Propheta, de tempore primi adventus Messiæ loquens, ita vaticinatus est: *Et erit in novissimis diebus præparatus mons domus domini in vertice montium, et elevabitur super colles*; Atqui hoc adimpletum non est; Ergo etc.

§ 411. ℞. dist. min.: Atqui hoc &c.

Contra. Atqui nec etiam figurate, et mystice laudatum vaticinium Isajæ est impletum; Ergo a capite argm. Prob. subsm. Post laudata verba sequitur Propheta: *et fluent ad eum omnes gentes*. Si ergo per montem intellexisset Propheta Christi Ecclesiam, ut adimpleta dici posset prophetia, jam debuissent omnes gentes ad Ecclesiam fluere; Atqui oppositum videmus, cum innumeræ sint gentes, quæ ad Ecclesiam non pertinent, imo ipsam aversantur; Ergo etc.

§. 412. ℞. dist. maj.: Et ibi per omnes &c.

Q. In quo consistit unio hypostatica?

§. 413. ℞. Unio hypostatica vocatur &c.

Q. Verbum in Christo assumpsit ne hypostatice humanam naturam?

§. 414. ℞. Verbum in Christo &c.

Q. Unio Verbi Divini cum humana Natura est ne substantialis?

§. 415. ℞. Adfirm. adversus Nestorium.

Ca-

## Caput III.

### *De Incarnationis necessitate.*

Q. Verbi Divini Incarnatio fuit ne conveniens?

§ 416. ℞. Verbi Divini Incarnationem &c.

Q. Quotuplex est necessarium?

§. 417. ℞. Necessarium hic dupliciter &c.

Q. Quid S. Anselmus, quidque Richardus a S. Victore, et Raymundus Lullus de Incarnationis necessitate senserunt?

§. 418. ℞. Incarnationem absolute &c.

Prop. I. Incarnatio necessaria non fuit ex hypothesi hominis lapsi in peccatum.

§. 419. Prob.: Nam Incarnatio &c.

Prop. II. Etiam supposito quod Deus voluerit hominem lapsum reparare, necessaria non fuit Divini Verbi Incarnatio.

§. 420.: Nam „ quis negat &c.

Dices. Multi Sancti Patres docent, Incarnationem necessariam fuisse ad Generis humani reparationem; Ita S. Cyrillus Libro Thesauri Capite VII. S. Ambrosius in Caput IX. Epistolæ ad Hebræos; S. Augustinus Sermone XIV. de tempore; aliique; Ergo etc.

§. 421. ℞ Laudati Sancti Patres, & si qui &c.

Prop. III. Ex hypothesi accuratæ, et con-

dignæ satisfactionis, juxta præsentem rerum dispositionem, necessaria fuit Incarnatio.

§. 422. Prob: ex Scripturis.

Q. Ostende idipsum ex Patribus.

§. 423. ℞. Probo ex Patribus &c.

## Caput IV.

### *De Caussis Incarnationis Filii Dei.*

Q. Quid est caussa?

§. 424. ℞. Caussa generatim accepta &c.

Q. Quotuplex est caussa?

§. 425. ℞ Quod ad rem attinet præsentem &c.

Q. Quænam fuit caussa principalis Incarnationis, et quid de caussa meritoria sentiunt Scholastici?

§. 426. ℞. Caussam principalem efficientem &c.

Prop. I. Christus neque ante, neque post unionem hypostaticam mereri potuit suam Incarnationem.

§. 427. Prob.: Principium omnis &c.

Prop. II. Beatissima Virgo Maria de congruo meruit ut esset Mater Dei, non de condiguo.

§. 428. Prob. 1. P. ex Patribus; 2. ratione §. 429.

Prop. III. Veteris Testamenti Patres de congruo aliquas tantum Incarnationis circumstantias meruerunt.

§. 430. Prob.: Nam Abraham Patriarcha &c.

Prop.

Prop. IV. Inspecta Incarnatio Divini Verbi prout de facto, peracta fuit, ejus caussa finalis fuit humani generis redemptio.

§. 431. Prob.: ex Scripturis. Nam quod &c.

Q. Proba idipsum ex Patribus.

§. 432. Probo ex Patribus. S Irenæus &c.

Prop. V. Improbabile non est, Verbum Divinum humanam carnem assumpsissie, etiamsi Adam non peccasset.

§. 433 Prob.: Apostolos ad Colossenses &c.

Dices. Sacræ Scripturæ et Patres non aliam caussam Incarnationis Verbi assignant, quam humani generis a servitute Diaboli, et peccati liberationem; Ergo si Adam non peccasset, Divinum Verbum humanam carnem non assumpsisset; Adeoque falsa propositio.

§ 434. ℟. Sacræ Scripturæ, et Patres &c.

## Caput V.

### *De perpetua B. Mariæ Virginitate.*

Q. Quid est Virginitas?

§ 435 ℟. Virginitas dicitur integritas &c.

Q. Quid Hæretici de B. Mariæ Virginitate blasphemarunt?

§. 436 ℟. Virginitatem egregiam, et &c.

Prop. Beata Maria fuit semper Virgo;

ante partum nempe, in partu, et post partum.

§. 437. Prob. 1. P. ex Scripturis. Isajas &c.

Q. Ostende 2. partem.

§. 438. ℞. Ostendo 2. P. quod nempe &c.

Q. Proba ultimam partem.

§. 439. ℞. Probo 3. P. quod nempe etiam &c.

Objic.: S. Joseph in Scripturis Pater Jesu Christi appellatur; Legitur quippe: *Erat Pater ejus et mater mirantes super his, quæ dicebantur de illo*; et: *Ecce Pater tuus, et ego dolentes quærebamus te*; Ergo communi ordine Christus Dominus a Maria conceptus, et editus fuit; Ergo Maria ante partum, et in partu Virgo non fuit.

§. 440. ℞ dist. ant. S. Joseph &c.

Contra. Atqui S. Joseph fuit vere pater Christi naturalis; Ergo n. 1. Prob. subsm. Christus Dominus ab Apostolo Paulo dicitur *factus ex semine David secundum carnem*; Atqui Filius ex semine David Christus factus dici non posset, si S. Joseph, qui filius David dicitur, non fuisset ejus Pater naturalis; Ergo etc.

§. 441. ℞. Argumentum hoc, quod &c.

Contra. Atqui etiamsi Maria fuerit ex progenie David, adhuc tamen S. Joseph Pater naturalis est Christi, et con-

se-

sequenter ipsa non fuit Virgo in partu; Ergo n. r. Probatur subsm. Si Maria fuisset Virgo in conceptione, et partu Jesu Christi, et S. Joseph æstimatione tantum Jesu Christi Pater, Maria appellaretur in Scripturis Virgo, et non mulier, fœmina scilicet a viro cognita; Atqui ex quo Maria Jesum genuit, et peperit, non Virgo, sed mulier appellatur; Ergo etc.

§. 442. ℟. dist. maj.: Si &c. Maria &c.

Objic. c. 3. p.: Apud S. Matthæum habetur: *Et* (scilicet S. Joseph) *non cognoscebat eam* (idest Mariam), *donec peperit Filium suum*; Ergo postea cognovit eam; Adeoque Maria non fuit Virgo post partum.

§. 443. ℟. admitt. auct., n. consm. Totum &c.

Contra. Atqui laudato in loco satis ostendit Evangelista, S. Josephum, Mariam post ejus partum cognovisse. Ergo n. r. Prob. subsm. Laudato in loco ait Evangelista, quod Maria *peperit Filium suum primogenitum*; Atqui primogenitus dicit relationem ad secundogenitum; Ergo Maria post partum Jesu Christi habuit alios filios ex S. Joseph; Adeoque laudato etc.

§ 444. ℟. Primogenitus Sacris in Litteris &c.

Contra. Atqui Jesus Christus dicitur Ma-

riæ primogenitus, non solum quia primus fuit in lucem editus, sed quia secundogenitos habuit; Ergo n. r. Prob. subsm. Christus in Evangelio dicitur fratres habuisse; apud Matthæum namque legitur: *Ecce Mater tua, et fratres tui foris stant quærentes te*; et apud Joannem: *Post hæc descendit Capharnaum ipse* (scilicet Dominus Jesus), *et Mater ejus*, *et fratres ejus*, nempe *Jacobus*, *et Joseph*, *et Simon*, *et Judas*; Ergo etc.

§. 445. R. dist. ans. Christus &c.

## Caput VI.

### *De Corpore, quod ex Virgine Maria Verbum assumpsit.*

Q: Quid Hæretici de Christi corpore somniarunt?

§ 446. R. Simon Magus, Saturninus &c.

Prop. I. Verbum Divinum veniens in Mundum, verum Corpus, veramque humanam carnem assumpsit.

§. 447. Prob.: ex Scripturis. Joannes &c.

Prop. II. Verbum Divinum, humanum Corpus, quod habuit, non tulit e Cælo, sed ex Virgine Maria assumpsit.

§. 448. Prob.: ex Scripturis. De futuro &c.

Prop.

Prop. III. Corpus humanum, quod Verbum ex Virgine Maria assumpsit, fuit mortale, et doloribus obnoxium.

§. 439. Prob.: ex Scripturis. Isajas &c.

Objic. contra I. Prop.: Apostolus Paulus ad Philippenses de Christo loquens, ait: *In similitudinem hominum factus; et habitu inventus ut homo*; Ergo non verum carnem, et verum corpus Verbum Divinum assumpsit.

§. 450. ℞. dist. ant. Apostolus &c., et ibi &c.

Contra. Atqui Christus in similitudinem hominum factus est, quia non verum, sed phantasticum corpus habuit; Ergo n. r. Prob. subsm. Idem Apostolus, qui dixit Christum in similitudinem hominum factum, dixit quoque eum a Deo Patre missum *in similitudinem carnis peccati*; Atqui per similitudinem carnis peccati non intelligunt Catholici; Christum carnem vere peccatricem assumpsisse; Ergo per similitudinem hominum, non intelligitur Christum vere carnem humanam assumpsisse; adeoque etc.

§. 451. ℞ Christus optime dicitur &c.

Dices contra II. Prop.: Apostolus ad Corinthios ait: *Primus homo de terra terrenus; secundus vero de Cœlo cœ-*

*lestis*; Atqui secundus homo est Christus; Ergo non habuit carnem ut Adam primus homo de limo terræ, sed de Cœlo allatam; adeoque etc.

§. 452. ℞. Cum S. Thoma &c.

## Caput VII.

### *De Anima Jesu Christi.*

Q. Quid Ariani, quid Priscillianistæ, quidque Monothelitæ de Christi anima senserunt.

§. 453. ℞. ( a *versu* 4.) Ariani teste S. Athanasio &c.

Prop. I. Verbum Divinum veram animam humanam assumpsit.

§ 454. Prob.: Christus apud Joannem &c.

Prop. II. Anima humana, quam Verbum assumpsit, vere fuit mente, seu intellectu, et voluntate prædita.

§. 455. Prob. 1. P. Apud Isajam.

Q. Proba secundam partem.

§ 456. ℞. Prob. 2. P. In Evangelio etc.

Prop. III. Humana Christi voluntas suam habuit humanam operationem.

§ 457. Prob.: Jesus Christus *abiit &c.*

Q. Anima Christi fuit ne sanctificata?

§. 458. ℞. Adfirm. Nam Christus etc.

Q. Qua ratione fuit sanctificata?

§. 459. ℞. Anima Christi Domini &c.

Q.

Q. Anima Christi Domini fuit ne gratia habituali illustrata?

§. 460. ℟. Adfirm.: Nam apud Isajam &c.

Q. Christus fuit ne impeccabilis?

§. 461. ℟. Adfirm.: Nam anima Christi &c.

Q. Christus habuit ne visionem beatificam?

§. 462. ℟. Adfirm. Nam Christus ipse &c.

Q. Qua ratione Christus fuit simul viator, et comprehensor?

§. 463. ℟. Christus erat simul viator &c.

Q. Qua ratione Christus dicitur pro nobis factus peccatum?

§. 464. ℟. Cum S. Thoma, quod triplici &c.

## Caput VIII.

### *De veritate unionis hypostaticæ Naturæ Divinæ, et humanæ in una Christi Domini persona.*

Q. Quid de unione hypostatica senserunt Heterodoxi?

§. 465. ℟. Nestorius e Syria oriundus &c.

Prop. I. In Christo una est persona, et Christus unus est.

§. 466. Prob.: ex Scripturis. Verbum caro &c.

Prop. II. In Christo duæ fuerunt inconfusæ, impermixtæ, atque distinctæ naturæ; Divina nempe, et humana.

§. 467. Prob.: Christus est verus Deus &c.

Dices 1. Verbum caro factum est, et ha-

habitavit in nobis ; Ergo Verbum in carnem mutatum fuit ; adeoque non fuerunt in Christo duæ naturæ distinctæ.

§. 468. ℞. Verbum quidem caro &c.

Dices 2. Nonnulli Patres de Incarnationis Mysterio loquentes, mixtionem, seu permixtionem illud appellant; Ergo vere in eo duæ naturæ fuerunt confusæ, et permixtæ; Et consequenter etc.

§. 469. ℞. Nomine mixtionis et etc.

Prop. III. Virgo Maria recte dicitur, et est Deipara, hoc est Mater Dei :

§ 470. Prob. : Virgo Maria concepit &c.

Dices 1. Virgo Maria genuit Christi humanitatem, non Divinitatem; Ergo non Mater Dei, sed hominis dici debet.

§. 471. ℞. dist. ans. Virgo &c. humanitatem &c.

Dices 2. Nulla mulier dicitur mater animæ Filii sui, licet anima sit pars hominis nobilior; et filius anima et corpore constet, sed solum mater filii sui, Petri nempe; Ergo a pari, Virgo Maria, nequit dici Mater Dei, licet Verbum sit infinite nobilius humanitate, quam genuit; adeoque ad summum Christipara, non Deipara dici potest.

§. 472. ℞. n. consm.. & paritatem.

Q. Humanitas Christi Verbo hypostatice unita est ne ubique?

§. 473. R. Neg.: adversus Lutheranos.

## Caput IX.

### *De Communicatione Idiomatum.*

Q. Quid est Idioma?

§. 474. Idioma idem est ac proprietas &c.

Q. Quid sunt nomina in abstracto, quid in concreto?

§. 475. R. Vocantur nomina, et attributa &c.

Q. Quid Nestoriani, quidque Lutherani de Idiomatum communicatione senserunt?

§. 476. R. Nestoriani negantes &c.

Prop. I. Admittenda est in Christo Idiomatum communicatio.

§. 477. Prob.: Idiomatum communicatio &c.

Prop. II. Idiomatum communicatio non in *abstracto*, sed tantum in *concreto* admittenda est in Christo.

§. 478. Prob.: Nam in Christo ideo, quæ &c.

## Caput X.

### *De Christi libertate, et merito.*

Q. Qua libertate Christus fuit præditus, et quomodo hæc libertas cum ejus impeccabilitate conciliari potuit?

§. 479.

§ 479. ℞. Loquimur de libertate arbitrii &c.

Prop. I. Christus fuit liber ad merendum, et subeundam mortem.

§. 480. Prob: ex Scripturis. Nam Isajas &c.

Q. Proba eandem ex Patribus.

§ 481. Probo ex Patribus. S. Augustinus &c.

Prop. II. Christus vere, et proprie meruit de condigno.

§. 482. Prob.: In Christo omnes conditiones &c.

Prop. III. Christus meruit non per actus Divinitatis, sed per actus liberos humanitatis.

§. 483. Prob.: Divinitas nullum habet &c.

Prop. IV. Christus a primo conceptionis suæ instanti usque ad mortem meruit, et non amplius.

§. 484. Prob. I. Pars. Christus &c.

Q. Proba alteram partem.

§ 485. Probo. Inter alias conditiones &c.

Prop. V. Christus sibi meruit gloriam corporis, et Nominis exaltationem, Resurrectionem, et in Cælos Ascensionem.

§. 486. Prob.: Nam 1. meruit sibi &c.

Prop. VI. Christus nobis salutem æternam meruit, et omnia ea dona, et media, quæ ad eam consequendam sunt necessaria.

§. 487. Prob.: Apostolus ad Hebræos &c.

§. 757. ℟. Pro triplici reatu triplex &c.
Q. Quotupliciter considerari potest satisfactio reatus poenae temporalis?
§. 758. ℟. Satisfactio reatus poenæ temporalis &c.
Q. Quid ex proposita doctrina colligi potest?
§. 759. ℟. Ex his colligi potest, materiam &c.
Q. Quid de satisfactione sentiunt Novatores?
§. 760. ℟. Satisfactionem a nobis expositam &c.
Prop. I. Sacerdotes tenentur competentem satisfactionem poenitentibus imponere.
§. 761. Prob.: In Sacramento Poenitentiæ &c.
Prop. II. Poenitens non potest absolute satisfactionem a Sacerdote in Confes-

sione praescriptam recusare.

§. 762. Prob. Satisfactio est pars &c.

Prop. III. Sacerdos in sacro tribunali Poenitentiae potest immutare, aut relaxare satisfactionem poenitenti ab alio impositam.

§. 763. Prob.: Judicium per modum cujus &c.

Q. Satisfacit ne, qui existit in peccato mortali?

§. 764. ℟. Qui in peccato mortali existens &c.

Q. Quo jure est necessaria satisfactio?

§. 765. ℟. Jure Divino naturali &c.

Q. Satisfactio injungenda, debet ne convenire gravitati criminum?

§. 766. ℟. Affirm: habita tamen ratione &c.

Q. Poenitentia debet ne aliquando esse publica?

§. 767. ℟. Affirm.: Nam *Apostolus monet &c.*

## Caput V.

### *De forma Sacramenti Pœnitentiæ.*

Prop. I. Forma Sacramenti Poenitentiae sunt verba, quae profert Sacerdos dum conferens absolutionem dicit: *Ego te absolvo etc.*

§. 769. Prob.: ex Conciliis &c.

Prop. II. Forma Sacramenti Poenitentiae modo indicativo, non deprecativo proferri debet.

§. 770.

§. 770. Prob.: Christus Dominus &c.

Q. Dantur ne peccata irremisibilia?

§. 771. ℞. Neg.: Nam ait Dominus &c.

Q. Qua ratione se gerere debet Confessarius cum consuetudinariis, cum obversantibus in occasione proxima, et cum ignorantibus fidei Christianæ rudimenta?

§. 772. ℞. Cum consuetudinariis &c.

Q. Absolutio potest ne dari absentibus, et demandari per literas?

§. 773. ℞. Neg.: Nam ex Tridentino &c.

Q. Potest ne dari his qui de repente in morbum incidunt, et loquelæ usum amittunt?

§. 774. ℞. Cum distinctione. Vel hi &c.

## Caput VI.

### *De Extrema Unctione, ejusque materia, et forma.*

Q. Quibus nominibus hoc Sacramentum vocatur?

§. 775. ℞. Sacramentum hoc, de quo loquimur &c.

Q. Quomodo definitur?

§. 776 ℞ Definitur hoc modo: Extrema Unctio &c.

Q. Quid de Extrema Unctione commenti sunt Hæretici?

§. 777. ℞ Extremam Unctionem non esse &c.

Prop. Extrema Unctio est verum, ac pro-

prie

prie dictum Novæ legis Sacramentum?

§. 778. Prob. 1. S. Jacobus Apostolus &c.

Q. Proba eandem propositionem ex Concilio Tridentino.

§. 779. ℟. Probo ex Concilio Tridentino &c.

Q. Quænam est materia hujus Sacramenti?

§. 780. ℟. Materia hujus Sacramenti &c.

Q. Quænam est Forma hujus Sacramenti?

§. 781. ℟. Forma hujus Sacramenti &c.

## Caput VII.

### *De Ministro, et Subjecto Extremæ Unctionis.*

Q. Quid permulti de Lutheri, et Calvini grege docuerunt de ministro hujus Sacramenti?

§. 782. ℟. Hujus Sacramenti Minister &c.

Prop. I. Minister Extremæ Unctionis est solus Sacerdos.

§ 783 Prob. 1. S. Jacobus Apostolus &c.

Dices. Nomen presbyteri seniorem significat; Cum ergo dicat S. Jacobus, presbyteros ad hoc Sacramentum ministrandum esse vocandos, seniores intelligit; Ergo non solus Sacerdos, sed seniores sunt ministri hujus Sacramenti.

§ 784. ℟. dist. ant. Nomen presbyteri &c.

Prop. II. Christianus viator, adultus, et in-

infirmus est hujus Sacramenti subjectum.

§. 785. Prob, & exponitur propositio &c.

Q. Quænam dispositiones ad Extremam Unctionem præerequiruntur?

§. 786 ℞. Quatuor potissimum &c.

Q. Hoc Sacramentum est ne necessarium?

§. 787. ℞. Multorum Doctorum &c.

Q. Quot, et quinam sunt effectus hujus Sacramenti?

§. 788. ℞. Sunt quinque. 1. *Augmentum gratiæ &c.*

## TRACTATUS VIII.

### *De Sacramentis Ordinis, et Matrimonii.*

Q. Quantæ dignitatis sunt Sacramenta Ordinis, et Matrimonii?

§. 789. ℞. Cum Sacerdotium, teste Justino &c.

## CAPUT I.

### *De Sacramenti Ordinis natura.*

Q. Quotupliciter Ordo sumi potest?

§. 790 ℞. Ordo varie sumi potest &c.

Q. Quomodo definitur ordo?

§ 791. ℞. Ordo sic definiri potest &c.

Q. Quinam Hæretici Ordinem e Sacramentorum albo expunxerunt?

§. 792.

§. 792. ℞. ( a versu 3. ). Ex veteribus Hæreticis &c.

Prop. I. Ordo est verum novæ Legis Sacramentum.

§. 793. Prob. 1. In Ordine, sive in sacra &c.

Q. Proba idipsum auctoritate Patrum ; et Conciliorum.

§. 794. ℞. Probo auctoritate Patrum &c.

Objic. Non legitur, Christum Dominum in ordinatione Apostolorum usum fuisse aliquo signo sensibili ; Ergo Ordo, seu ordinatio non est Sacramentum.

§. 795. ℞. n. ans. Quando Christus &c.

Contra. Atqui nec etiam quod Apostoli in ordinatione usurparunt fuit signum sensibile exprimens Sacramenti Ordinis collationem ; Ergo n. r. Prob. subsm. Impositio manuum facta ab Apostolis respiciebat tam ordinandos, quam Deo per orationem commendandos ; Ergo etc.

§. 796. ℞. n. ans. Non eadem erat &c.

Contra. Atqui talis manuum impositio communis erat omnibus ; Ergo n. r. Prob. subsm. Si qua est ratio, qua asseratur illam manuum impositionem esse peculiarem in Ordine conferendo, est certe illa, quod per eam impositionem manuum conferatur gratia ; Atqui hæc ratio nullius est roboris ; Ergo etc. Prob. min. Gratia illa, de qua lo-

loquitur Paulus ad Timotheum, illi per manuum impositionem collata: *Noli negligere gratiam etc.*, est gratia gratis data; sequitur enim: *per prophetiam cum impositione manuum etc.* non gratia sanctificans, et sacramentalis; Ergo etc.

§. 797. ℞. Cum Angelico Doctore &c.

## Caput II.

### *De Ordinum numero, eorumque distinctione, et natura.*

Q. Ordines sunt plures, an non?

§. 798. ℞. Ordinis Sacramentum non est &c.

Q. Quid de Ordinum numero sentiunt Hæretici, quid Catholici?

§. 799. ℞. (a versu 3.). Aliqui ex recentioribus &c.

Prop. I. Ordines proprie dicti in Ecclesia sunt septem; scilicet 1. *Ostiariatus*; 2. *Lectoratus*; 3. *Exorcistatus*; 4. *Acolythatus*; 5. *Subdiaconatus*; 6. *Diaconatus*; et 7. *Presbyteratus*.

§. 800. Prob.: Nam de Presbyteratu &c.

Q. Est ne aliqua distinctio inter Ordines?

§. 801. ℞. Affirm.: Nam Subdiaconatus &c.

Q. Sacerdotium, et Diaconatus sunt ne Sacramentum?

§. 802. ℞. Quoad Sacerdotium certum est &c.

Prop.

Prop. II. Probabilius videtur, Subdiaconatum, et alios Minores Ordines, singulos veri nominis esse Sacramenta.

§. 803. Prob.: Concilium Florentinum &c.

## Caput III.

### *De Sacramento Matrimonii.*

Q. Quotupliciter Matrimonium potest considerari.

§. 804. ℞. Matrimonium sic dictum &c.

Q. Quotuplex distinguitur Matrimonium ?

§. 805. ℞. Matrimonium aliud est &c.

Q. Quid de Matrimonio effutierunt Heterodoxi ?

§. 806. ℞. Matrimonium esse rem malam &c.

Prop. I. Matrimonium, et ejus usus licitum est, atque honestum.

§. 807. Prob.: Matrimonium est a Deo &c.

Prop. II. Matrimonium Christianorum est veri nominis Sacramentum.

§. 808. Prob.: In Matrimonio omnia &c.

Dices 1. Quod pugnat cum aliquo Sacramento nequit esse Sacramentum; sed Matrimonium pugnat cum Sacramento Ordinis, quia nequeunt esse simul in eodem subjecto; Ergo Matrimonium non est Sacramentum.

§. 809. ℞. Matrimonium & Ordo non possunt &c.

Dices 2. Si Matrimonium esset Sacramentum,

futuri, nonne posset licite contrahi cum pacto de danda certa pecunia; Atqui licite contrahitur; Ergo etc.

§. 810. ℞. Hoc verum esset, si pecunia &c.

## Caput IV.

### *De Matrimonii proprietatibus.*

Q. Quot sunt Matrimonii proprietates?

§. 811. ℞. Matrimonii proprietates &c.

Q. Quid est Polygamia, et quotuplex?

§. 812. ℞. Unitati Matrimonii opponitur &c.

Q. Quid, et quotuplex est Divortium?

§. 813. ℞. Indissolubilitati Matrimonii &c.

Q. Quid Montanistæ, quid Lutherus, quidque Calvinus de Polygamia opinati sunt?

§. 814. ℞. (a versu 2.) Montanistæ, quibus adhæsit &c.

Prop. I. Polygamia successiva nec in se mala est, nec prohibita.

§. 815. Prob. ex Scripturis &c.

Prop. II. Polygamia simultanea, secundariis naturæ principiis adversatur, adeoque est illicita.

§. 816. Prob. I. P. Matrimonium juxta &c.

Q. Otende nunc quomodo Polygamia secundariis Naturæ principiis adversetur?

§. 817. ℞. Probo II. Polygamia simultanea &c.

Prop. III. Post diluvium, ut multiplicaretur genus humanum, permisit Deus an-

antiquis Patriarchis, atque Israelitis, ut plures ducerent uxores.

§. 818. Prob.: Abraham, Jacob, Elcana &c.

PROP. IV. In Evangelica Lege Christus Dominus Polygamiam omnino sustulit, atque ad primævam suam originem Matrimonium revocavit.

§. 819. Prob.: Apud S. Marcum ait Christus &c.

PROP. V. Matrimonium tam jure naturali, quam Divino positivo, est quoad vinculum indissolubile.

§. 820. Prob. p. R. Ad assequendum finem &c.

Q. Proba partem alteram.

§. 821. Prob. 2. P. Christus Dominus.

Q. Quid ex dictis infertur?

§. 822. R. Ex dictis clare deducitur, &c.

Dices contra I. P. In Lege naturæ dispensatio non cadit; Sed Deus in veteri Lege dispensavit circa indissolubilitatem Matrimonii; Ergo Matrimonium jure naturali non est indissolubile.

§ 823. R. dist. maj.: In Lege naturæ &c.

Dices 2. Caussa fornicationis, et adulterii potest vir uxorem dimittere; id enim supponere videtur Christus, cum dixit: *Quicumque dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, et aliam duxerit mœchatur*; Ergo Matrimonium aliquando dissolvi potest; scilicet per adulterium uxoris.

§. 824. R. dist. ant. Caussa &c., quoad thorum &c.

Q.

Q. Datur ne casus, in quo aliquod Matrimonium dissolvatur?

§. 825. ℟. Affirm.: Matrimonium ratum &c.

## Caput V.

### *De solemnitatibus Contractus Matrimonialis.*

Q. Quot sunt solemnitates contractus matrimonialis?

§. 826. ℟ Contractus matrimonialis solemnitates &c.

Q. Quid sunt Sponsalia?

§. 827. ℟. Sponsalia a spondendo dicta &c.

Q. Sunt ne utilia Sponsalia?

§ 828. ℟. Sponsalia licet ad valorem &c.

Q. Quid sunt Proclamationes?

§. 829. ℟. Proclamationes nihil aliud sunt &c.

Q. Quid de consensu Parentum ad valorem matrimonii filiorum familias sentiunt Hæretici, quid Catholici?

§ 830. ℟. Quoad consensum Parentum &c.

Prop. I. Ex præcepto Ecclesiastico proclamationes necessario faciendæ sunt.

§ 831. Prob.: ex Concilio Lateranense IV. &c.

Prop. II. Ad valorem Matrimonii necessarius non est Parentum consensus.

§. 832. Prob.: De vidua loquens Apostolus &c.

Prop. III. Ad valorem Matrimonii requiritur consensus contrahentium; qui 1. debet esse *verus* ex utraque parte; 2.

*signo aliquo externo expressus*; 3. *de præsenti*; 4. *simul moraliter*; *et* 5. *omnino liber*.

§. 833. Exponitur, et simul probatur propositio &c.

PROP. IV. Parochi, vel alterius Sacerdotis præsentia de Parochi licentia, ac duo, vel tres testes, ad contrahendum Matrimonium, necessario requiruntur.

§. 834. Prob.: ex Concilio Tridentino &c.

Q. Quid Tridentina Synodus præscripsit circa benedictionem nuptialem.

§. 835. ℞. Sancta Synodus hortatur, ut conjuges &c.

## CAPUT VI.

### *De Ministro, et subjecto; deque materia, et forma hujus Sacramenti.*

Q. Quid de Ministro Matrimonii sentiunt Theologi?

§. 836. ℞. Circa Ministrum hujus Sacramenti &c.

Q. Omnes ne viri, atque mulieres possunt Matrimonia contrahere?

§ 837. ℞. ( a *versu* 2. ) Minime quidem. Adsunt quippe &c.

Q. Quotuplicis generis sunt impedimenta?

§. 838. ℞. Hæc impedimenta duplicis &c.

Q. Ex his quænam sunt de jure naturæ, quæ-

quænam de jure Ecclesiastico?

§. 839. ℞. Ex his impedimentis quatuor &c.

Q. Quid de potestate Ecclesiæ in constituendis impedimentis Matrimonium dirimentibus dicunt Novatores?

§ 840 ℞. ( *a versu* 1. *pag.* 514 ). Novatores quibus &c.

Prop. I. Probabilius est Sacramenti Matrimonii Ministrum esse ipsosmet conjuges. Materiam vero remotam contrahentium corpora, proximam ipsorum corporum traditionem; formam autem esse eorumdem verba, vel nutus, vel signa alia æquivalentia, consensum sufficienter exprimentia.

§ 841. Prob. I. P. Si Matrimonii Minifter &c.

Q. Proba secundam partem.

§. 842. ℞. Prob. II. P.: Materia remota &c.

Q. Demonstra III. partem.

§. 843. Probo III. P. Forma Matrimonii &c.

Prop. II. Ecclesia potestatem habet constituendi impedimenta Matrimonium dirimentia.

§. 844. Prob.: Sacramentorum adminiftratio &c.

Prop. III. In impedimentis Matrimonium dirimentibus, quæ sunt de jure Ecclesiastico, potest Summus Pontifex dispensare.

§. 845. Nam Summus Pontifex &c.

Q. Inter Deiparam, et S. Joseph fuit ne verum Matrimonium?

§. 847. ℞. Affirm.: Nam apud S. Matthæum &c.
Q. Quinam sunt Matrimonii effectus?
§. 848. ℞. Præter gratiam habitualem &c.

FINIS TOMI III.

ELEN-

# ELENCHUS

## QUÆSTIONUM, ET PROPOSITIONUM

TOMI IV.

---

## TRACTATUS I.

### *De Exteriori Dei Cultu.*

### CAPUT I.

### *De adorationis natura, divisione, atque obligatione.*

Q. Quid est adoratio?

§. 1. ℞. Adoratio, ex Damasceno &c.

Q. Quodnam est motivum, et quod objectum adorationis?

§. 2. ℞. Motivm adorationis est &c.

Q. Quotuplex distinguitur excellentia?

§ 3. ℞. Excellentia in persona duplex &c.

Q. Quotuplex est adoratio?

§. 4. ℞. Adoratio duplex est &c.

Q. Est ne eadem adoratio quæ Deo, ac illa quæ Angelis, vel sanctis debetur?

§. 5. ℞. Quoniam excellentia supernaturalis &c.

Q. Quot actus concurrere debent in adoratione ut sit vera?

§ 6. ℞. Ut adoratio vera esse dicatur &c.

Q. Quotuplicem speciem adorationis distingunt Theologi?

§. 7. ℞ Quandoquidem mensura adorationis &c.

Prop. Datur præceptum Divinum, et naturale colendi Deum actibus tum internis, cum externis.

§. 8. Prob. 1. P. ex Scripturis &c.

Q. Proba 2. p. ratione theologica.

§. 9. ℞. Probo 2. P. ratione. Deus est Ens &c.

Prop. II. Deo optimo maximo supremus Latriæ cultus debetur.

§. 10. Prob.: Excellentia, quæ in Deo est &c.

## Caput II.

### *De Sacrificiis, variisque eorum generibus.*

Q. Sacrificium debetur ne Deo soli?

§ 11. ℞. Inter alia, quæ pertinent &c.

Q. Quotupliciter accipi potest Sacrificium?

§. 12. ℞. Sacrificium dupliciter accipi potest &c.

Q. Quotuplex est sacrificium?

§. 13. ℞. Sacrificium quod ad rem attinet &c.

Prop. I. In statu Legis naturæ vera fuerunt sacrificia.

§. 15. Prob.: *Nam Cain obtulit &c.*

Prop.

Prop. II. In statu Mosaicæ Legis, seu scriptæ vera fuerunt sacrificia.

§. 16. Prob.: Nam Deus ipse materiam &c.

Prop. III. In Evangelica Lege sunt veri nominis sacrificia.

§. 17. Prob.: Præcepto tam Divino positivo &c.

## Caput III.

### *De Sacrificiis Legis Evangelicæ.*

Q. Quot sacrificia in Evangelica Lege agnoscunt Catholici?

§. 18. ℞. Duo sacrificia in præsenti statu &c.

Q. Quid de sacrificio Eucharistico blaterarunt Heterodoxi.

§. 19. ℞. Lutherus Eucharistico sacrificio &c.

Prop. I. Christus in institutione Eucharistiæ verum obtulit sacrificium.

§. 20. Prob.: Christus est Sacerdos &c.

Dices. Melchisedech proferens panem et vinum, non obtulit Deo sacrificium, sed tantum reficere voluit Abrahami milites, qui defatigati, e prælio redibant; frustra ergo ex hoc quod fecit, et quod Christus dicatur Sacerdos secundum ordinem Melchisedech conantur eruere Catholici, Christum institutione Eucharistiæ, verum obtulisse sacrificium.

§. 21. ℞. n. maj.: cum cons.a. Falsum est &c.

Prop. II. Sacrificium illud, quod Christus instituit, et in Ecclesia offerendum præcepit; veram habet proprii sacrificii rationem.

§ 22. ℞. Ad constituendum verum &c. (sequitur §. 23. Idipsum unanimi &c.).

Objic. Christus, ut ait Apostolus, *una oblatione consummavit in sempiternum sanctificatos*; Ergo nulla alia relinquitur oblatio, nullum sacrificium, et consequenter etc.

§. 24. ℞. dist. ans. Et loquitur Apostolus &c.

Contra. Atqui præter sacrificium Crucis, nullum aliud, neque incruentum sacrificium relinquitur; Ergo n. r. Prob. subsm. Christus est solus Sacerdos; sed ubi nullus alius est Sacerdos, nullum pariter extat sacrificium; Ergo etc.

§. 25. ℞. Christus est solus Sacerdos &c.

Contra. Atqui nulli omnino sunt Sacerdotes; adeoque nullum etiam extat sacrificium; Ergo etc. Prob. subsm. In Lege Veteri, ideo *alii plures facti sunt Sacerdotes, quod morte prohiberentur permanere*, ait Apostolus ad Hebræos; *Jesus autem, eo quod maneat in æternum sempiternum habet Sacerdotium. Unde et servare in per-*

pe-

*petuum potest accedentes per semetipsum ad Deum, semper vivens ad interpellandum pro nobis*; Ergo nulli omnino sunt Sacerdotes; Adeoque etc.

§. 26. ℟. Ex quo Christus Sacerdos in æternum &c.

Prop. III. Sacrificium Missæ est quoque propitiatorium, et impetratorium.

§. 27. Prob I. P. Christus Dominus hoc sacrificium &c.

Q. Proba secundam partem.

§. 28. ℟. Probo II. P. Sacrificium Missæ &c.

Q. Missæ Sacrificium applicari ne potest tam pro vivis, quam pro defunctis?

§. 29. ℟. Quoniam Missæ Sacrificium est &c.

Q. Tale Sacrificium peragitur ne rite in honorem Sanctorum?

§. 30. ℟. Affirm: Nam Sacrificio Missæ &c.

Q. Missæ, quæ privatæ dicuntur sunt ne licitæ?

§. 31. ℟. Affirm.: Nam hæ Missæ privatæ &c.

Q. Ecclesia habuit ne potestatem a Deo instituendi dies Festos, cæremonias, ac jejunia, præcipiendo, ut a fidelibus religiose observentur?

§. 32. ℟. Affirm.: Nam Ecclesiæ, ejusque &c.

TRA-

# TRACTATUS II.

## *De Mediatione Christi. De invocatione Sanctorum, eorumque cultu. De sacris Immaginibus, et Reliquiis.*

Q. Quis dicitur Mediator?

§. 33. ℟. Mediator hic dicitur, qui inter &c.

Q. Quotupliciter quis potest esse mediator?

§. 34. ℟. Quatupliciter quis poteſt eſſe &c.

Q. Quid de Christo mediatore docuerant Hæretici?

§. 35. ℟. Tribus prioribus modis, Chriſtum &c.

Prop. I. Christus Dominus est verus mediator inter Deum, et homines.

§. 36. Prob.: Nam 1. Chriſtus Dominus &c.

Prop. II. Jesus Christus est mediator ut Homo-Deus.

§. 37. Apoſtolus ad Timotheum scribens &c.

## Caput II.

### *De Mediatione Sanctorum.*

Q. Quid Catholici tenent de mediatione Sanctorum?

§. 38. ℟. Præter Chriſtum Dominum &c.

Q.

Q. Quid Hæretici de eadem re commenti sunt?

§. 39 ℟. Aetius, Vigilantius, Claudius Taurinensis &c.

Prop. I. Sancti cum Christo regnantes, quid nobis opus sit sciunt; nostrasque preces audiunt.

§. 40. Prob.: Sancti cum Christo regnantes &c.

Prop. II. Sancti nostras preces audientes, et quid nobis opus est scientes, orant pro nobis Deum.

§. 41. Prob.: ex Scripturis, Judas Machabæus &c.

Q. Proba idipsum Patrum traditione.

§. 42. ℟ Pr bo Patrum traditione &c.

Prop. III. Sanctorum orationes Deo placent, et ab eo exaudiuntur.

§. 43. Prob.: Sancti, atque justi &c.

Dices. Non negatur, Sanctorum viventium orationes Deo placere, atque ab eo exaudiri, sed mortuorum; nulla ergo adducta probatio.

§ 44 ℟. Si Sanctorum viventium orationes &c.

Prop. IV. Sanctorum invocatio non opponitur Christi mediationi.

§. 45. Prob.: Nam Sancti non invocantur &c.

Prop. V. Licitum est Sanctos cum Christo regnantes invocare.

§. 46. Prob.: Sanctorum cum Christo regnantium &c.

Prop. VI. Sanctorum invocatio utilis est; non autem præcepta.

§. 47. Prob : Sancti sciunt &c., *sequitur* §. 48. Prob. II. Si Sanctorum invocatio &c.

Ob-

Objic. *Prope est Dominus omnibus invocantibus eum*, ait Regius Psaltes; Ergo prorsus inutile est sanctos in Cælo, tam longe a nobis distantes, invocare, ut bona consequamur.

§. 49. ℞. Licet Deus, quia ubique est &c.

Contra. Atqui prorsus inutile est Sanctos in Cælo existentes invocare, cum tam prope habeamus Deum, quem invocemus; Ergo a capite argumentum. Prob. subsm. Deus solus novit corda hominum; *Mortui vero nihil norunt amplius*. Ergo etc.

§. 50. ℞. Deus &c. per scientiam infinitam &c.

Objic. II. Unus est mediator hominum Christus Jesus, per quem habemus accessum ad Patrem; Ergo frustra alios mediatores invocamus; Adeoque etc.

§. 51. ℞. dist. ans. Unus &c. principalis &c.

Contra. Atqui frustra alios mediatores invocamus; Ergo n. r. Prob. subsm. Christus Dominus, licet in Cælis ad dexteram Patris, adhuc est vivens ad interpellandum pro nobis, et nos advocatum habemus eum apud Patrem; qui utique pro sua reverentia a Patre exauditur; Ergo etc.

§. 52. ℞. Si hoc argumentum valeret &c.

## Caput III.

### *De adoratione Christo ut homini debita.*

Q. Quotuplex hic adoratio est distinguenda?

§. 53. ℟. Adoratio tam *Latriæ*, quam *Duliæ &c.*

Q. Quotupliciter humanitas Christi quoad adorationem considerari potest.

§. 54. ℟. Christi humanitas, quoad adorationem &c.

Q. Quid sentiunt Theologi de adoratione debitâ Christi humanitati, prout hæc impostatice unita verbo concipitur?

§. 54. ℟. Circa adorationem &c. tali modo inespectam &c.

Prop. Christus ut Deus-Homo unica adoratione Latriæ adorari debet.

§. 56. Prob.: ex Scripturis &c.

Q. Proba idipsum ex Concilio Latetanense?

§. 57. ℟. Probo ex Concilio Lateranense &c.

Objic. Christi Domini humanitas non debet adorari ut Deus; sed soli Deo cultus Latriæ debetur; Ergo falsa propositio.

§. 58. ℟. dist. maj.: Christi Domini &c.

Contra. Atqui humanitas, nec etiam ut unita verbo adoratione Latriæ adorari debet; Ergo n. r. Prob. subsm. Huma-

manitas etiam verbo unita non desinit esse creatura ; Ergo etc.

§. 59. ℟. Cum S. Athanasio &c.

Q. Humanitas Christi considerata in abstracto debet ne coli absoluta adoratione Latriæ ?

§. 60. ℟. negative. Nam ego, ajebat &c.

Q. Christi Corpus in triduo mortis debuisset ne adorari cultu Latriae.

§ 61. ℟. Affirm.; Nam si Latriæ &c.

Q. Crux Domini, potest ne ac debet coli cultu Latriae?

§. 62. ℟. Crux, in qua Christus pependit &c.

Q. Quid dicendum de aliis instrumentis Sacratissimae Passionis ejusdem?

§ 63 ℟. Spinæ, Clavi, Lancea, Vestes &c.

Dices I. Non bene se gereret filius honorem praestando Patris amantissimi patibulo ; Ergo non bene se gerunt Christiani Crucem colendo.

§ 64. ℟. dist. ans. Non bene &c.

Dices II. Si Cruci, Clavis etc. debetur cultus Latriae licet respectivae, multo magis deberetur B. Virgini Mariae, quae majorem habuit, atque intimiorem relationem, et habitudinem ad Christum ; Atqui talis cultus Virgini Mariae non debetur ; Ergo nec etiam Cruci, Clavis etc.

§. 65. ℟. Cum Crux, Clavi &c.

CA-

# Caput IV.

## *De Cultu, qui Sanctis, et Deiparæ debetur.*

Q. Quid de Sanctorum Cultu effutierunt Haeretici.

§. 67. ℞. Sanctos cum Christo regnantes &c.

Prop. I. Angeli, et Sancti cum Christo regnantes, cultu religioso digni sunt.

§. 67. Prob.: Angeli sunt Dei Ministri &c.

Q. Ostende eamdem propositionem ex Patribus.

§. 68. ℞. Ostendo ex Patribus. S. Justinus &c.

Objic. Sanctis, et Angelis honor debetur, at non cultus religiosus quia cultus religiosus soli Deo debetur; Ergo falsa propositio.

§. 69. ℞. Sanctis, non quilibet cultus, sed &c.

Contra. Atqui nullus omnino religiosus cultus Angelis, et Sanctis debetur; Ergo n. r. Prob. subsm. Joanni volenti Angelum cultu religioso adorare, Angelus prohibuit, dicens: *Vide ne feceris . . . Deum adora*; Ergo etc.

§. 70. ℞. Angelus Joannem prohibuit ne sibi &c.

Prop. II. Angelis, et Sanctis cum Christo regnantibus cultus duliæ absolutæ debetur.

§. 71.

§. 71. Prob : Angelis, & Sanctis cultus &c.

PROP. II. ℟. Virgini Mariæ absolutæ Hyperduliæ cultus debetur,

§. 72. Prob.: Illi debetur absolutus hyperduliæ &c.

Q. Eriguntur ne pie, ac religiose. Oratoria, et Basilicæ memoriæ Deiparæ, Martyribus, ac Sanctis reliquis?

§. 73. ℟. Affirm.: Nam Constantinus Imperator &c.

Dices. Latriæ cultus est, Ecclesias et Templa Deo ædificare; Ergo soli Deo, et non aliis Sanctis Templa ædificari possunt.

§. 74. ℟. Cum nos erigimus Ecclesias &c.

Q. Festa in honorem Deiparæ, aliorumque Sanctorum sunt ne pie, ac religiose instituta?

§. 75. ℟. Affirm.: Nam pie illud, & Sanctum &c.

Q. Vota possunt ne proprie, aut improprie tantum Deiparæ, ac Sanctis cum Deo regnantibus nuncupari?

§. 76. ℟. Improprie tantum. Nam cum &c.

## CAPUT V.

### *De Sacrarum Reliquiarum cultu.*

Q. Quid venit Sanctarum Reliquiarum nomine?

§. 77. ℟ Sanctarum Reliquiarum nomine &c.

Q. Quinam Hæretici Sanctarum Reliquiarum cultum denegarunt?

§. 78.

§. 78. ℞. Reliquias nulla esse veneratione &c.

PROP. I. Sanctorum mortuorum cadavera tam in Veteri, quam in Novo Testamento, speciali cura et honore, sepulturæ tradita sunt.

§. 79. Prob.: Abraham Patriarcha videns &c.

PROP. II. Sacræ Sanctorum Reliquiæ summo studio semper a fidelibus fuerunt conquisitæ, atque asservatæ.

§. 80. Prob: Historicis monumentis &c.

PROP. III. Multi Sancti post mortem apparuerunt; sua corpora, vel Reliquias revelarunt, et quo loco humari ea vellent, indicarunt.

§. 81. Prob.: Historia Ecclesiastica &c.

PROP. IV. Deus ad Sanctorum sepulchra, et in Sanctorum Martyrum Reliquiis mirabilia, et stupenda prodigia operatus est, atque operatur.

§. 82. Prob.: Cum cadaver cujusdam &c.

PROP. V. Sanctarum Reliquiarum cultus non prohibitus.

§. 83. Prob: Si Sanctarum Reliquiarum &c.

PROP. VI. Sanctarum Reliquiarum cultus utilis maxime est.

§. 84. Prob.: Per cultum Reliquiarum &c.

PROP. VII. Sanctarum Reliquiarum cultus est præceptus.

§. 85. Prob.: ex Conciliis &c.

Objic. Deus, Moyse mortuo, voluit occultatum ejus sepulchrum; idque ne

cultu religioso a Judæis prosequeretur; Ergo Reliquiarum cultus est a Deo prohibitus.

§. 86. ℞. dist. ans. Deus &c. cultu Latriæ &c.

Contra. Atqui ideo Deus voluit occultatum Moysis sepulchrum, ut nullus omnino honor ei tribueretur; Ergo n. r. Prob. subsm. Tempore Christi ablatus erat a Judæis ille idololatrandi timor, et tamen Christus Dominus, Judaeos reprehendit, quod magnifica sepulchra Prophetis aedificarent; Sed hoc Christus non fecisset si aliquis cultus religiosus corporibus, et Reliquiis Sanctorum tribui posset; Ergo etc.

§. 87. ℞. Christus non reprehendit Judæos &c.

Dices: Concilium Eliberitanum prohibuit ne caerei accenderentur per diem in Caemeteriis, quia *Spiritus Sanctorum*, inquit, *non sunt inquietandi*; et S. Hieronymus ait, quod caereos eorum Reliquiis accendunt, qui zelum Dei habent, sed non secundum scientiam; Ergo etc.

§. 88. ℞. Concilium Eliberitanum &c.

Ca-

# Caput VI.

## *De Sanctarum Imaginum usu, atque cultu.*

Q. Quid est Imago; quid Simulacrum; quid Idolum?

§. 89. ℞. Imago est expressio, vel &c.

Q. Imago differt ne a Simulacro, et Idolo?

§. 90 ℞ Imago ab Idolo differt, & simulacro &c.

Q. Quinam errores circa Imaginum usum, et cultum pervulgati sunt?

§. 91. ℞. Circa Sanctarum Imaginum usum &c.

Prop. I. Deus in antiqua Lege non omnem prorsus Imaginem pingere, aut sculpere vetuit.

§. 92. Prob. : Deus jussit fieri Imagines &c.

Dices. In Exodo *ait Deus*: *Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem, quæ est in Cœlo desuper, et quæ in terra deorsum, nec eorum, quæ sunt in aquis sub terra*; Ergo Deus etc.

§. 93. ℞. dist. ans. Et laudato loco, sicut &c.

Prop. II. In Nova Lege SS. Trinitatis statuas, atque Imagines facere licet.

§. 94. Prob : Tres SS. Trinitatis Personas &c.

Dices. Deus purissimus est Spiritus, et Ens, quo melius, aut simile exco-

gitari nequit; Ergo nulla ejus Imago fieri potest.

§. 95. ℞. dist. cons.: Nulla ejus Imago &c.

PROP. III. Angelorum, Christi, atque Sanctorum Imagines sculpere, atque pingere licet.

§. 96. Prob. I. P. Angeli Sacris &c. § 97. Prob. II. P. Christus fuit &c. §. 98. Prob. III. P. Idest licitum &c.

PROP. IV. Christi, atque Sanctorum Imagines recte collocantur in Templis.

§ 99. Prob.: Ex Conciliis.

Dices. In Concilio Eliberitano legitur: *Placuit picturas in Ecclesia esse non debere; ne quod colitur, et adoratur in parietibus depingatur*; Ergo etc.

§. 100. ℞. Concilium Eliberitanum non omnino &c.

PROP. V. Sacræ Imagines cultu religioso venerandæ sunt.

§. 101. Prob.: Ex Synodo Nicæna &c.

Dices. Gentiles reprehenduntur, et idololatræ habentur, quia statuas, atque Imagines sive ex lapide, sive ex auro, sive ex ære, argento, vel alia materia, opera manuum hominum formatas, adorabant; Ergo et Christiani reprehendendi sunt, qui imagines adorant etc.

§ 102. ℞. Jure Gentiles reprehenduntur &c.

PROP. VI. Sacræ Imagines eodem cultu ve-

venerandæ sunt, quo earum exemplaria sive prototypa, respectivo tamen; non absoluto.

§. 103. Prob.: Imagines Sanctorum non &c.

FINIS ELENCHI.

# TRACTATUS

## *De Sacramento Ordinis.*

DE Ordinis Sacramento jam pauca attigimus ( §. 790. etc. T. III. ) . Quæ igitur ad uberiorem illius cognitionem pertinent, suntque Clericis ordinandis valde necessaria, tum ut quæ proprii muneris sunt, sciant, cum ut examen coram proprio Episcopo, aliisque honeste sustineant, in præsenti Tractatu fusius, et dilucidius explicare, quantum vires suppetunt, et tardioris ingenii juvenes ferre possunt, satagemus.

### CAPUT I.

### *De Ordine in genere.*

Q. *Quid est Ordo?*

§. 1. ℟. Ordo ex D. Thoma (*a*), et Seraphico Doctore (*b*): *Est signaculum quoddam Ecclesiæ, quo spiritualis potestas traditur ordinato*: Communi-



(a) *Suppl. Art. II. q. 34.*
(b) *In Breviloquio Parte III. Cap. XII.*

niter tamen ita describi solet ( §. 791. T. III. ): *Sacramentum Novæ Legis a Christo Domino institutum, quo alicui homini gratia, spiritualisque potestas traditur ad Eucharistiam consecrandam, dispensandam, consecranti inserviendum, et ad reliqua Ecclesiastica munia rite obeunda.*

*Q. Quomodo probas Ordinem esse Sacramentum?*

§. 2. ℟. Pluribus argumentis, iisque firmissimis probatur Ordinem esse Sacramentum; hic tamen, brevitatis gratia, solum poseram, quæ de hac re habet Tridentina Synodus; nempe (*a*): *Cum Scripturæ testimonio, Apostolica traditione, et Patrum unanimi consensu perspicuum sit, per sacram ordinationem, quæ verbis, et signis exterioribus perficitur, gratiam conferri, dubitare nemo debet, Ordinem esse vere, et proprie unum ex septem Sanctae Ecclesiæ Sacramentis.*

*Q. Est ne de fide, Ordinem esse verum Ecclesiæ Sacramentum?*

§. 3. ℟. Maxime. Nam laudata Tridentina Synodus ita decrevit (*b*): *Si quis di-*

(a) *Sess. XXIII. Cap. VII.*
(b) *Ibid. Can. 3.*

*dixerit, Ordinem, sive sacram ordinationem non esse vere, ac proprie Sacramentum etc., anathema sit.*

*Q. Quando Christus Ordinem instituit?*

§. 4. ℟. Christus Dominus in ultima Cœna Ordinem instituit, quando communicatis Apostolis, dixit eis (a): *Hoc facite in meam commemorationem.*

*Q. Quare Christus Ordinem instituit?*

§. 5. ℟. Primario ut sui cultus idoneos haberet Ministros in terris, atque suorum ministeriorum specialiter deputatos dispensatores; qui nempe ipsi peculiariter, præ cæteris consecrati, alios suam legem edocerent, in ipsius laudibus occuparentur, sacrificia et dona pro peccatis offerrent, Sacramenta conficerent, atque aliis administrarent; nec non aliis respective præessent, potestate tum ordinis, cum Jurisdictionis; unde legitimum Ecclesiæ sponsæ suæ regimen, et gubernium constitueretur, atque servaretur. Secundario autem instituit ad perfectionem, atque utilitatem illius, qui illum suscipit.

*Q. Quœnam est materia, et quœnam*

(a) Lucæ Cap. XXIII. v. 19.

*nam forma Sacramenti Ordinis?*

§. 6. ℟. Generatim loquendo, Sacramenti Ordinis materia est res illa sensibilis, seu signum illud sensibile, quod in ordinatione adhibetur; forma vero sunt illa verba, quæ in applicatione rei, vel signi sensibilis profert Minister.

*Q. Quotuplex est Ordinis materia?*

§. 7. ℟. Duplex; remota nempe, et proxima. Prima est res sensibilis; secunda vero illius traditio, et aceptatio.

*Q. Quo tactu ab ordinando materia tangi debet?*

§. 8. ℟. Debet tangi tactu physico, saltem mediato. Tactus nempe mere moralis, qualis esset si quis manum solum ad tangendum extenderet, quin revera tangat, insufficiens est (a).

*Q. Valet ne Ordinis collatio, si Episcopus primo porrigat materiam, postea proferat formam, et vicissim?*

§. 9. ℟. Ut in re tanti momenti tuto procedatur, omnino necesse est, ut Episcopus simul ac porrigit materiam, proferat formam.

CA-

(a) Ferraris *V.* Ordo *Art. I. n.* 56.

## Caput II.

### *De Sacramenti Ordinis effectibus.*

Q. *Quot sunt Ordinis effectus?*

§. 10. ℟. Duo; *gratia* nempe; et *character*.

Q. *Est ne de fide per Sacram ordinationem, gratiam produci, atque characterem imprimi?*

§. 11. ℟. Maxime, uti patet ex his verbis Concilii Tridentini (*a*): *Si quis dixerit per Sacram ordinationem non dari Spiritum Sanctum; aut per eam non imprimi characterem, anathema sit.*

Q. *Quænam gratia per Ordinem confertur?*

§. 12. ℟. Gratia sanctificans secunda (§. 275. T. II.); scilicet gratiæ sanctificantis, jam ordinando inhærentis, augmentum.

Q. *Quare secunda, et non prima gratia per Ordinem confertur?*

§. 13. ℟. Quia cum Ordo sit Sacramentum vivorum, supponit jam suscipientem gratia sanctificante præditum. Si ergo

(*a*) *Sess.* XXIII. *Cap. III. Can.* 4.

go Ordo confert gratiam, gratiam jam habenti, proculdubio talis gratia, non alia esse potest, quam secunda; prioris nempe gratiæ augmentum.

*Q. Datur ne casus, in quo per Ordinem prima gratia conferatur?*

§. 14. ℟. Maxime; estque cum ordinandus jam coram Episcopo, pro ordinatione cum aliis, constitutus, alicujus peccati mortalis recordetur, nec valens absque scandalo se retrahere, et confiteri, elicit attritionis actum, quem inculpabiliter putat contritionis, cum intentione se confitendi; tunc iste talis, stante bona fide, vi Sacramenti Ordinis, quod suscipit, justificatur. Tenetur tamen quamprimum peccatum illud confiteri (*b*).

*Q. Datur ne alia gratia per Ordinis Sacramentum?*

§. 15. ℟. Affirm. Nam datur gratia sacramentalis, qua nempe ordinatus, peculiari modo juvatur, et idoneus efficitur ad ea officia, quæ Ordinis suscepti propria sunt, debite, et rite exercenda.

*Q. Si quis, quod absit, cum peccato mortali, Ordinem reciperet, carebit ne semper gratia Sacramentali?*

§. 16. ℟. Ablato per Sacramentum pœ-

(a) *Potestas Exam. Ordin. Cap. 2. n. 12.*

pœnitentiæ peccato mortali ab anima, gratia illa, ex opere operato, causatur in anima.

*Q. Quid est character?*

§. 17. ℞. Character est signum spirituale indelebile, animæ impressum in susceptione Sacramenti, initinerabile, significans potestatem aliquam spiritualem, eo Sacramento adquisitam.

*Q. Quando imprimitur character in anima?*

§. 18. ℞. Quando tangitur instrumentum ab Episcopo, proferente verba, porrectum; et eo instanti, quo Sacramentum est complectum.

*Q. Si quis in mortali peccato existens ordinaretur, reciperet ne characterem?*

§. 19. ℞. Maxime. Character quidem semper imprimitur, alias qui cum peccato mortali ordinaretur, invalide ordinaretur, et ejus ordinatio iterari deberet, quod est falsum.

*Q. In Ordine duo conferuntur gratia, et character, cur ergo in mortali existens gratiam non recipit, bene vero characterem?*

§. 20. ℞. Ideo gratia non recipitur, quia gratia invenit oppositum in anima,

a quo

a quo excluditur, nempe peccatum mortale; character vero non habet oppositum peccatum mortale, a quo excludatur ab anima; unde, eo non obstante, in ea imprimitur.

## Caput III.

### *De iis quæ ad Ordinis validitatem requiruntur.*

Q. *Quænam ad Ordinis valorem requiruntur?*

§. 21. ℟. Multa tam ex parte Ministri Ordinem conferentis, quam ex parte subjecti Ordinem recipientis. Et quidem ex parte Ministri haec tria requiruntur. 1. ut legitimam habeat facultatem. 2. ut debitam materiam, et formam adhibeat; et 3. intentionem habeat Ordinem conferendi. Ex parte autem subjecti hæc alia requiruntur; nempe 1. sexus virilis; 2. ut sit baptizatus baptismo fluminis; 3. ut sit viator; et 4. si est adultus, ut habeat intentionem.

Q. *Quis est Minister Ordinis?*

§. 22. ℟. Minister ordinarius Ordinis est solus Episcopus, uti aperte declararunt

runt, Florentinum (*a*), et Tridentinum (*b*); et est de fide contra Aetium, et Wicleffum. Ex dispensatione autem Summi Pontificis potest simplex Sacerdos primam Tonsuram, quatuor minores Ordines, Subdiaconatum, atque etiam Diaconatum conferre. De facto Abbates Regulares Mitrati, ex concessione Summi Pontificis, primam Tonsuram, et quatuor minores Ordines Regularibus suis subditis conferre possunt, uti patet ex Tridentino (*c*); et Abbates Ordinis Cisterciensis, ex privilegio Innocentii VIII. (*d*), Monachis quibuscumque sui Ordinis Subdiaconatum atque Diaconatum conferre possunt. Eandem facultatem fuisse quoque concessam Praelatis Franciscanis in India, viri fide digni testantur (*e*).

*Q. Quid, et quotuplex est intentio?*

§. 23. ℟. Intentio nihil est aliud, quam voluntas aliquid efficiendi; eaque triplex est; *actualis* nempe, *virtualis*, et *habitualis*. Intentio actualis est actualis mo-

(a) *In Decreto pro Armenis*.
(b) *Sess. XXII. Can. 6.*
(c) *Sess. ut supra Cap. X.*
(d) *Anno Domini* 1488.
(e) *Vid.* Henno *Tomo II. Tract. VII. Disp. 3. art. III. Concl. 3.* Elucidarium *Ecclesiasticum pag.* 21. Frassen *de Ordine art. III. §. I.*

motus voluntatis aliquid peragendi ; Virtualis, est ipsa actualis intentio, præterita quidem, sed non retractata, quæque virtualiter permanet in aliquo uno, quod in homine remanet, et influit in opus ; habitualis tandem est habitus, et usus ex præteritis intentionibus, genitus (*a*).

*Q. Quænam intentio debet esse in Ministro, ut valide Ordines conferat?*

§. 24. ℟. Intentio actualis esset optima, at non est necessaria ; neque semper haberi potest ; Nam ut ait D. Thomas (*b*), actualiter attendere, *non totaliter positum est in hominis potestate, quia præter intentionem, cum vult multum intendere, incipit alia cogitare*. Virtualis est sufficiens, et necessaria ; habitualis sola non sufficit (*c*).

*Q. Sufficit ne in Ministro sola intentio faciendi actionem externam.*

§. 25. ℟. Negative. Nam requiritur in eo intentio interna, saltem faciendi quod facit Ecclesia ; Idque est de fide contra Lutherum, quemadmodum sancivit Triden-

---

(a) Poteſtas *Examen Ordin. Cap. II. n.* 206.

(b) *III. P. q.* 64. *art.* 8. *ad* 3.

(c) *Vid.* B. Alphonſum de Ligorio *Lib.IV. Tract. I. de Sac. in genere Cap. II. n.* 17.

dentina Synodus his verbis (a) : *Si quis dixerit, in Ministris, dum Sacramenta conficiunt, et conferunt, non requiri intentionem, saltem faciendi, quod facit Ecclesia, anathema sit.*

*Q. Quare solus homo masculini sexus, et non etiam fœmina potest esse Sacramenti Ordinis subjectum?*

§. 26. ℟. Cum foeminæ, ex Apostolo, sint subditæ, neque liceat eis loqui, aut docere in Ecclesia; Cumque in Ordine supereminens dignitas, ac summa potestas, ei qui Ordinem suscipit, conferatur, ut Deo intimius famuletur, Sacramenta conficiat, et administret, et populum pascat scientia, et Doctrina, jure mulieres ab ordinatione excluduntur. Quare, licet Jesus Christus, plus omnibus aliis creaturis suam Matrem dilexerit, eamque gratiis, atque favoribus supra modum cumularit, Sacram tamen ordinationem ei non contulisse compertum est.

*Q. Nonne in primitiva Ecclesia erant Diaconissæ, Præsbyterissæ, et Episcopissæ? Cur ergo dicis mulieres esse Ordinis incapaces?*

§. 27. ℟. Mulieres illæ antiquitus di-

bb ctae

(a) *Sess. VII. Can. 2.*

ctæ Diaconissæ, Presbyterissæ, et Episcopissæ, non ideo ita vocabantur, quasi ad aliquem gradum Ordinis Ecclesiastici consecrarentur; sed vel quia mulieres erant pudicæ, viduæ Deo dicatæ; vel quia erant honestæ uxores Diaconorum, Presbyterorum, et Episcoporum, juxta morem illius temporis; vel tandem quia ad aliqua munia, et exteriora officia, præsertim erga alias mulieres obeunda, deputabantur (*a*).

*Q. Nonne Auctores multi narrant, fœminam quamdam ad Papatum fuisse assumptam inter Leonem IV., et Benedictum III., nomine Joannam Papissam?*

§. 28. ℟. Quod de Joanna Papissa narratur, putida fabella est ab Hæreticis conficta, ut vel ex hoc legitimam Summorum Pontificum seriem in Ecclesia Romana interruptam fuisse prædicent, vel fœminas ad Sacram Ordinationem pervehi posse suadeant. Sed non est consilium contra dominum; atque adversus Romanam Ecclesiam inferi portæ unquam prævalebunt. Porro fabellæ de Joanna Papissa occasionem dedit Joannes XII. Pa-

(a) Vid. Tournely *de Sacram. Ord. art. IV.* Ferraris *V. Ordo art. II. n.* 26.

Papa. Cum namque iste fœminam quamdam, nomine Joannam domesticam haberet, et hæc inter omnes, quasi dominaretur, nimiumque in Papatus administrationem se ingereret, id multi indigne ferentes, eam vocare cœperunt Papissam, veluti ipsa Pontificatum gereret atque hinc in vulgus nomen Joannæ Papissæ irrepsit. Fama vero crescente, et ad longinquas Regiones de hac fœmina perveniente, nonnulli eam veram Papissam, errore, et fama vulgi decepti, putarunt (*a*).

Q. *Quare solus baptizatus Baptismo fluminis est subjectum Ordinis?*

§. 29. ℟. Quia Baptismus fluminis est janua omnium Sacramentorum, et per eum patet aditus in Ecclesiam, et quis capax fit aliorum Sacramentorum.

Q. *Si quis ergo Parochi, vel alterius ministri dolo, aut errore non fuisset baptizatus, et Ordines susciperet, quid, detecto errore, fieri debet?*

§. 30. ℟. Iste talis debet baptizari, et iterum Ordines recipere, si vult. Ita Lucius Ferraris (*b*) narrat de quodam Religioso Franciscano filio cujusdem Prin-

 ci-

(a) Henno *Tomo II. Tract. VII. de Sac. Ord. Disp. I. art. I. Dices* 2.
(b) *Verbo* Ordo *art. II. n.* 28.

cipis in Calabria, qui in odium Patris a Parrocho non baptizatus, nisi tantum ficte, et absque ulla intentione (in tantum enim ejus odium erga illum Principem percrebuerat, ut animo statuerit omnes filios illius sine Baptismo, atque hinc in statu perditionis relinquere), bona fide professionem emiserat, omnes Ordines susceperat; atque plures insuper tum minores, cum majores Franciscanæ Religionis Prælaturas administraverat. Postea detecto dolo, Parochi ipsius confessione, baptizatus est, iterumque Ordines suscepit.

*Q. Quare solus homo viator est Sacramenti Ordinis subjectum?*

§. 31. ℟. Quia cum Sacramenta propter homines viatores a Christo Domino instituta sint, Hierarchia Ecclesiastica, nonnisi ex ministris viatoribus, et humana infirmitate circumdatis constare debet.

*Q. Quænam intentio requiritur in adulto, ut valide Ordinem recipiat?*

§. 32. ℟. Sufficit intentio habitualis (*a*).

CA-

(a) *Ita* B. Alphonius de Ligorio *cum aliis, quos citat, & sequitur Lib. IV. Tract. I. de Sac. in genere Cap. III. n.* 81.

## Caput IV.

### *De iis, quæ requiruntur ad licitam tum collationem, cum susceptionem Ordinum.*

Q. *Quænam requiruntur, ut Minister licite Ordines conferat?*

§. 33. ℞. plura; nempe 1. ut sit in gratia; 2. ut non sit canonico aliquo impedimento detentus; 3. ut sit Ordinarius; hoc est proprius Episcopus illius cui Ordines confert; 4. ut Ordinem inferiorem ante superiorem conferat; 5. ut conferat dignis; 6. conferat per debita temporum interstitia; et 7. in debito loco.

*A. Quisnam dicitur proprius Episcopus?*

§. 34. ℞. Proprius Episcopus tripliciter quis dici potest; vel 1. nempe ratione originis; vel 2. ratione domicilii; vel 3. ratione beneficii. Episcopus proprius ratione originis ille dicitur, in cujus Dœcesi natus est ordinandus. Episcopus proprius ratione domicilii dicitur ille, in cujus Diœcesi ordinandus fixum habet domicilium, ibique habitat animo perpetuo

 per-

permanendi. Episcopus tandem proprius ratione beneficii dicitur ille, in cujus Diœcesi ordinandus habet beneficium.

*Q. Quid requiritur ad hoc, ut Episcopus licite conferat Ordines alicui, qui in sua Diœcesi natus est.*

§. 35. ℟. Requiritur quoad hoc, ut ille qui natus est in sua Diœcesi, *ibi natus non fuerit ex accidenti; occasione nimirum itineris; officii; legationis; mercaturæ, vel cujusvis alterius temporalis moræ; seu permanentiæ ejus Patris in illo loco*. Ita Innocentius XII. (*a*).

*Q. Quid requiritur ut quis ratione domicilii possit ab aliquo Episcopo ordinari?*

§.36. ℟. Ex laudato Innocentio XII. requiritur, ut adeo stabiliter constituerit domicilium *in aliquo loco illius Diœcesis, ut vel per decennium saltem in eo habitando, vel majorem rerum ac bonorum suorum partem cum instructis aedibus locum ejusmodi transferendo; ibique insuper per aliquod considerabile tempus commorando, satis superque suum perpetuo ibidem permanendi animum demonstraverit: et nihilominus ulterius utro-*

(a) *Constit. Speculatoris &c.*

*utroque casu , se vere, et realiter animum hujusmodi habere jurejurando affirmet .*

*Q. Quando Episcopus potest aliquem ratione beneficii ordinare?*

§. 37. ℟. Quando beneficium quod quis obtinet in illius Diœcesi est tale, ut ad congruam , et honestam sustentationem, detractis oneribus, per se sufficiat; illudque ab ordinando pacifice possideatur .

*Q. A quonam Episcopo Regulares ordinari debent?*

§. 38. ℟. Ordinari debent ab illo Episcopo, in cujus Diœcesi extat Monasterium , in quo ipsi commorantur de familia (*a*) .

*Q. Quid si sedes vacet, vel Episcopus sit absens , vel non habeat tunc ordinationem?*

§. 39. ℟. Tunc cum dimissoriis sui superioris possunt Regulares a quocumque Episcopo ordinari . Cavere tamen debent superiores Regulares, ne ex industria differant ordinationes suorum subditorum in id tempus, quo Episcopus Diœce-



(a) *Vide* B. Alphonsum a Ligorio *Lib. VI. Tract. V. de Sac. Ord. art. 3. & dubio II. not. δ.*

cesanus vel non sit habiturus ordinationem, vel absuturus (a).

*Q. Requiritur ne aliquid ut Regularis cum dimissoriis sui Superioris licite ab alio Episcopo ordinetur?*

§. 40. Maxime. Requiritur namque, ut ostendat Vicarii Generalis, Cancellarii, aut Secretarii Episcopi, in cujus Diœcesi moratur, attestationem ( quae vulgo *impeditus dicitur* ), Episcopum esse impeditum, aut ordinationem non habere (b).

*Q. Possunt ergo Superiores Regulares suis subditis Religiosis dimissorias concedere?*

§. 41. ℟. Maxime. Idque expresse patet ex Decreto Sacræ Congregationis Concilii jussu Clementis VIII. edito die 15. Martii 1596.; quod Decretum Innocentius XIII., et Benedictus XIII. confirmarunt (c).

*Q. Quo tempore Ordines conferri possunt?*

§. 42. ℟. *Clericatus, seu prima Tonsu-*

(a) *Ex Decreto Sacræ Congreg. de mandato Clementis VIII.*

(b) *De Bulla Benedicti XIII., & suprad. Decreto Clem. VIII.*

(c) Ferraris *V.* Ordo *art. III. n. 15., & seq.*

*susa, quocumque die, et hora, et loco conferri potest* (a) : Ordines Minores, non solum in ordinationibus generalibus, sed etiam in singulis diebus Dominicis, vel festis, qui a populo coluntur, et servantur conferri possunt ; sicuti etiam, ex consuetudine aliquarum Ecclesiarum, feria VI., vel IV. Quatuor Temporum, et quidem etiam post prandium. Ordines autem majores, nonnisi in Sabbatis omnium quatuor Temporum, in Sabbato ante Dominicam Passionis, et in Sabbato Sancto, tempore Missæ conferri possunt.

*Q. Possunt ne Regulares extra dicta Tempora ad Ordines admitti?*

§. 43. ℟ Maxime ; idque ex privilegio. En verba Papæ Benedicti XIII. in Concilio Romano (b): *Quo vero ad Regulares Privilegia a Summis Pontificibus habentes, sive expresse, sive per viam communicationis concessa, Sacros videlicet Ordines extra tempora suscipiendi, cum Privilegia ipsa in suo robore persistant, nec iis derogatum fuisse constet, decernimus proinde Regulares*

---

(a) *In Rubrica de Ordin. Conf.*

(b) *Anni* 1725. *Tit. V. de temporibus Ordinat. Cap.* 2.

*res eosdem, absque novo Indulto Apostolico, tuto posse extra tempora ordinari.*

*Q. Quid sunt interstitia?*

§. 44. ℟. Interstitia sunt temporis debita intervalla, quæ ex præscripto Ecclesiæ inter susceptionem unius, et alterius Ordinis interjacere debent.

*Q. Cur Ecclesia interstitia constituit?*

§. 45. ℟. Pluribus de caussis, præsertim vero ut nota fieret, atque perspecta vera Clericorum vocatio; morumque eorum probitas, atque capacitas, seu peritia pro cujuscumque Ordinis exercitio magis experiretur.

*Q. Quae interstitia in conferendis Ordinibus Minoribus servari debent.*

§. 46. ℟. Cum non reperiatur expresse statutum quodnam temporis intervallum inter unum, et alterum Ordinem Minorum intercedere debeat, hinc in eo, assignando variant Doctores. Putant aliqui sufficere intervallum, quod datur ab uno ad alium proximum diem festum; volunt alii debere esse intervallum illud temporis, quod ab una ad aliam ordinationem generalem datur (*a*).

Q.

(a) Ferraris *V. Interstitia B.* Alphonsum de Ligo-

*Q. Quae interstitia servari debent in collatione Ordinum Majorum.*

§. 47. ℟. Ab ultimo Minore Ordine ad Subdiaconatum, sicuti a Subdiaconatu ad Diaconatum, et a Diaconatu ad Presbyteratum debet effluere annus, qui sufficit, quod sit Ecclesiasticus, puta ab una Quadragesima ad aliam.

*Q. Quinam possunt super interstitiis dispensare?*

§. 48. ℟. Possunt Episcopi cum suis subditis, Vicarii Generales, absente Episcopo, Vicarii Capitulares, Sede vacante; possunt etiam Prælati Regulares cum suis subditis, ex privilegio, quod creduntur communiter habere (*a*).

*Q. Ad dispensandum super interstitiis requiritur'ne caussa?*

§. 49. ℟. Cum dispensatio sit vulnus legis, nonnisi justa interveniente caussa debet impertiri. Ad dispensandum in Interstitiis Ordinum Minorum sufficit quæcumque caussa. Ad dispensandum in Interstitio inter ultimum Minorem Ordinem, et Subdiaconatum requiritur Ecclesiæ aut necessitas, aut utilitas, arbitrio Episcopi. Ad dispensandum in Interstitio inter Subdia-

rio *Lib. VI. Tract. V. Cap. 2. dubio n. 695.*

(a) Ferraris, & *supra n.* 14. 15.

diaconatum, et Diaconatum requiritur prudens Episcopi arbitrium. Ad dispensandum vero in interstitio inter Diaconatum, et Presbyteratum, requiritur simul conjunctim necessitas, et Ecclesiæ utilitas ab Episcopo dignoscenda.

*Q. Quo in loco Ordines conferri debent?*

§. 50. ℟. ex Tridentino (a): Ordinationes Sacrorum Ordinum in Cathedrali Ecclesia, vocatis præsentibusque ad id Ecclesiæ Canonicis, publice celebrari debent; si autem in alio Diœcesis loco, præsente Clero loci, dignior, quantum fieri poterit, Ecclesia semper adeatur. Hodie in pluribus Diœcesibus usus invaluit, ut non solum Ordines Minores, sed passim etiam Ordines Sacri in Domo seu Cappella Episcopali conferantur.

*Q. Quaenam requiruntur, ut quis licite Ordines suscipiat?*

§. 51. ℟. Plura; nempe 1. ut veram habeat vocationem: 2. ut animum habeat clericandi; 3. ut sit in gratia; 4. ut sit confirmatus; 5. ut gradatim, et non per saltum Ordines suscipiat; 6. ut non sit irregularis, vel aliqua censura innodatus: 7. ut habeat legitimam aetatem;

(a) *Sess. XXV. de reform. Cap. 8.*

tem; 8. ut scientia sufficienti sit praeditus; 9. Ut Ordines a proprio Episcopo suscipiat, vel ab alio, sed cum proprii Episcopi, aut Praelati dimissoriis; 10. Ut priusquam ad Ordinem superiorem suscipiendum ascendat se in inferiori exercuerit; et 11. ut habeat titulum honesta substentationis.

## CAPUT V.

### *De Ordinem numero.*

Q. *Quot sunt Ordines?*

§. 52. ℟. Communiter septem in Ecclesia latina numerantur; nempe Ostiariatus, Lectoratus, Exorcistatus, Acholytatus, Subdiaconatus, Diaconatus, et Presbyteratus. Ita expresse ex Tridentina Synodo (*a*).

Q. *Nonne Episcopatus inter Ordines numeratur? cur ergo dixisti Ordines esse septem, et non octo?*

§. 53. ℟. Quamvis Episcopatus sit Ordo, et quidem a simplici sacerdotio distinctus, adhuc septem, et non octo Ordines sunt in Ecclesia. Nam Sacerdotium, quod est Ordo postremus, dividitur in Sa-

(a) *Sess. XXIII. Can. 4.*

Sacerdotium magnum, nempe Episcopatum, et Presbyteratum, tamquam species subalterna in species infimas. Quare sicut Sacramenta dicuntur septem, licet Ordo in plures alios Ordines, ideoque et plura alia Sacramenta dividatur, ita et Ordines septem dicuntur, licet unus illorum ulterius dividatur.

*Q. Onnes Ordines habent ne singuli Sacramenti rationem?*

§. 54. ℟. Dissidium non leve est inter Theologos; probabilius videtur, singulis Sacramenti rationem convenire (§.802. 803. Tomi III.).

*Q. Ergo Sacramenta erunt plura quam septem?*

§. 55. ℟. Negative. Nam singuli Ordines, licet rationem Sacramenti habere dicantur, unum tamen in genere Sacramentum Ordinis constituunt; unitate scilicet aggregationis, et ordinationis ad unum finem, hoc est ad sacrificium Missae, et Eucharistiam conficiendam.

*Q. Est ne aliqua distinctio inter hos septem Ordines?*

§. 56. ℟. Maxime. Nam primi quatuor dicuntur Minores, et non Sacri; tres vero posteriores majores et Sacri.

Q.

*Q. Unde data distinctio si omnes sunt Sacramentum?*

§. 57. ℟. Ex eo quia tres ultimi magis sacrant suscipientes; 1. ob accessum propinquiorem ad mirabile Sacrificium, et Sacramentum Eucharistiae; 2. ob votum, vel quasi votum castitatis, quo se obstrignut, et specialiter Deo consecrantur; et 3. propter obligationem recitandi Horas Canonicas, quibus se Dei servitio mancipatos clarius ostendunt. Primi vero quatuor, licet circa materiam Sacram versentur, non sacrant tamen ut illi.

## Caput VI.

### *De prima Tonsura.*

Q. *Quid est prima Tonsura?*

§. 58. ℟. Tonsura dupliciter considerari potest, *materialiter* scilicet, et *formaliter*. Materialiter est abscissio capillorum facta in capite alicujus; formaliter vero est Ritus sacer ab Ecclesia institutus, quo, mediante abscissione capillorum in formam Crucis facta a Praelato facultatem habente, in capite hominis baptizati, et prolatione aliquorum verborum,

rum, homo iste baptizatus in Clerum adscribitur, et a Laico fit Clericus. Quare sic accepta tonsura est signum distinctivum Ministrorum Ecclesiae a Laicis.

*A. Quare dicitur prima Tonsura?*

§. 59. ℟. Non dicitur prima Tonsura quasi pluries ille sacer ritus repetatur, sed quia vel Ordinibus praemittitur, vel quia pro Ordinum ratione latior efficitur.

*Q. Quaenam est forma Tonsuræ?*

§. 60. ℟. Primis temporibus, in quibus fuit introducta, totum caput tonsum, Religiosorum more, ferebatur; nunc vero tantum in capitis vertice, quod ad Clericos saeculares attinet, fit abrasio capillorum in modum formulae rotundae, quæ in Sacris constitutis major est.

*Q. Quare Tonsuram Ecclesia instituit?*

§. 61. ℟. Cum per capillos superflua intelligantur, tali abscissione capillorum, voluit Ecclesia significare, eum qui in Clerum adscribitur, et ad Deo inserviendum accedit, debere mundanarum rerum superfluitatem deponere, atque uni Deo vacare, rebusque Divinis.

*Q. Quare fit in capite?*

§. 62. ℟. Ut ostendatur, Clericum debere mentem ad Deum elevatam habere,

re,

re, et ad Divinum cultum se esse deputatum; eumque, non quae sunt super terram amplius quaerére aut sapere debere,, sed quae sursum sunt.

*Q. Quare fit ad modum coronae?*

§. 63. ℟. Tribus praesertim de caussis; 1. in memoriam spineae coronae, quae fuit imposita capiti Domini nostri Jesu Christi; 2. ad ostendendam Regiam dignitatem, et excellentiam, qua decorantur, qui Deo famulantur; Deo namque servire regnare est; 3. ut Clericalis vitae perfectio designetur; circularis namque figura, omnium est perfectissima.

*Q. Quis ritum tondendi Clericos instituit?*

§. 64. ℟. Incertum est. Sunt qui putant illum fuisse a S. Petro introductum; alii labente saeculo V. in Ecclesia invectum. Hoc dici potest, illum antiquissimum fuisse, et diligenter servatum (*a*).

*Q: Quare qui Tonsuram accipiunt Clerici vocantur?*

§. 65. ℟. Ideo vocantur Clerici, vel quia, ait S. Hieronymus (*b*), de sorte sunt Domini, vel quia ipse Dominus sors, idest pars Clericorum est.



(a) *Apud* Lucidum Ferraris *V. Clericus n.* 26.
(b) *Epist. ad* Nepotianum *de vita Clericorum*.

*Q. Licet ne Clerico ferre comam adscititiam, vulgo, Perrucca?*

§. 66. ℟. Ordinarie loquendo, non licet, cum id variis Canonibus vetitum sit; propter necessitatem vero Episcopo probatam, atque a medicis timoratae conscientiae assertam, obtenta dispensatione Episcopi, licet. Monet tamen Benedictus XIV. (*a*); non aliam comam fictitiam esse permissam, *nisi quae nullam praeferat vanitatem, sed tanta sit moderatione, ac modestia concinnata, ut omnibus manifeste appareat, eam ob meram necessitatem, non ad luxum, et pompam adhiberi*. Licet tamen coma fictia sit modesta, et ob necessitatem ab Episcopo permissa, absque tamen dispensatione Pontificis, nequit Secerdos cum ea Missam celebrare (*b*).

*Q. Quid de illis Clericis dicendum est, qui crines longos, artificioseque compositos, seu intortos gerunt?*

§. 67. ℟. Ii satis ostendunt se spiritu Clericali carere, vanitati non renuntiasse; unde et graviter peccant, et a Deo districtius judicabuntur.

Q.

---

(a) *De Synodo Diaecesf Lib. II. c. 9. not.*
(b) Ferraris *V. Coma fictitia n. 9. 19.*

*Q. Quid de Clericis, qui tonsuram non gestant?*

§. 68. ℟. Si Clerici sunt in Sacris, vel etiam in Minoribus Ordinibus, sed beneficiati, et sine rationabili, et probata caussa Tonsuram, per longum tempus, non deferunt, peccant mortaliter, et excommunicationi etiam supponuntur (*a*); secus vero si justa caussa id faciant, aut non sint nec in Sacris, nec beneficiati.

*Q. Qua veste induti incedere debent Clerici?*

§. 69. ℟. Vestis Clericorum duplex est, alia ad quotidianum usum, et dicitur *vulgaris*, alia in Ecclesiasticis functionibus, et dicitur *solemnis*. Vestis Clericorum saecularium vulgaris est vestis nigri coloris, oblonga, ab humeris nempe usque ad talos demissa, quaeque propterea talaris dicitur; vestis Regularium est habitus proprius cujusque Religiosi Instituti. Vestis vero solemnis est superpelliceum, quod vulgo dicitur cotta.

*Q. Possunt ne Clerici sæculares uti aliquando vestibus brevioribus?*

§. 70. ℟. Possunt, modo et colore,



(a) *Capite* Si quis ex Clericis 23. *Dist.* 23. *&* *Cap.* 4. de Vita *&* *honestate Clericorum*. Ferraris *V.* Clericus *n.* 55. *&* *seq.*

et structura Clericalem statum non dedeceant; sintque ab Episcopo, pro more Dioecesis, approbatae vel permissae; atque ex illis Clerici a laicis dignoscantur.

*Q. Quid est superpelliceum, et cur sic dicitur?*

§. 71. ℟. Superpelliceum est vestis linea albi coloris, quæ superimponitur vestibus vulgaribus Clericorum, et in Sacris functionibus adhibetur. Dicitur autem superpelliceum, quia olim vestes, quibus superimponebatur, erant pelliceæ.

*Q. Clericalis Tonsura est ne Ordo?*

§. 72. ℟. Quidquid dicant plerique ex Canonistis, Tonsura non est Ordo, sed quædam potius dispositio ad Ordines. De ea enim Tridentina Synodus (*a*) loquitur velut quid sit ab Ordinibus diversum, iisque suscipiendis præmittendum; ait siquidem: *Ut qui jam Clericali tonsura insigniti essent, per minores ad majores Ordines ascenderent.*

*Q. Quid respondes ad id, quod dicit Innocentius III. (b), scilicet* : Per primam Tonsuram, juxta formam Ecclesiæ datam, Clericalis Ordo confertur?

§. 73. ℟. Dico ibi per Ordinem Cleri-

(a) *Sess.* XXIII. *Can.* 2.
(b) *Cap.* Cum contingat &c.

ricalem, non intelligi Ordinis Sacramentum, sed statum quemdam, per quem Clerici a laicis secernuntur, eo ferme modo, quo Religiosi per proprium Ordinem ab aliis distinguntur.

*Q. Tonsura habet ne materiam, et formam?*

§. 74. ℟. Cum Tonsura proprie non sit Ordo, nec materiam, nec formam proprie dictam habet. Verumtamen loco materiæ stat capillorum abscissio; loco autem formæ, verba quæ profert Episcopus simul cum tonsurando, dum capillos abscindit.

*Q. Quænam qualitates habere debet tonsurandus?*

§. 75. ℟. Ut tonsurandus licite tonsuram recipiat, ex Tridentino (*a*), has habere debet qualitates; 1. ut sit confirmatus; 2. ut fidei rudimenta didicerit; 3. ut sciat legere, et scribere; et 4. det probabilem conjecturam se non sæcularis judicii fugiendi fraude, sed ut Deo fidelem cultum præstet Clericalem statum elegisse.

*Q. Quale peccatum committeret, qui non confirmatus Tonsuram susciperet?*

§. 76. ℟. Licet non desint qui dicant,



(a) *Ut supra Cap. 24.*

cant, eum mortaliter peccare; secluso tamen contemptu, probabilius est peccare tantum venialiter: Nam verba Tridentini potius decentiam, quam formale præceptum præseferre videntur (a).

*Q. Si quis irregularis, vel alio impedimento Canonico irretitus, scienter Tonsuram reciperet; quodnam peccati genus patraret?*

§. 77. ℟. Peccatum mortale. Ageret enim contra manifestam Ecclesiæ intentionem; quæ tales non vult in Clerum recipere.

*Q. Quænam ætas in tonsurando requiritur?*

§. 78. ℟. Sufficit ætas septem annorum (b) completorum; Licet multi Episcopi quatuordecim annorum ætatem requirant.

Q. *Peccat ne qui Tonsuram acciperet sine animo perseverandi in statu Ecclesiastico?*

§. 79. ℟. Peccat quidem; sed probabilius est peccare solum venialiter, non autem mortaliter. Qui enim tonsuram reci-

(a) B. Alphonsus a Ligorio *Lib. VI. Tract. V. de Sac. Ord.*

(b) *Cap. In singulis 2. Dist. 77. apud* Ferraris *V.* Ordo *art. 2. n. 70.*

cipit, sicuti non tenetur absolute in statu Ecclesiastico perseverare, ita mortaliter non peccat si animum perseverandi non habeat, dum Tonsuram recipit (*a*).

*Q. Quinam sunt effectus primæ Tonsuræ?*

§. 80. ℟. Tonsuratus fruitur privilegiis fori, et Canonis; atque insuper fit capax Ordinum, et Ecclesiasticorum beneficiorum.

*Q. Quodnam est privilegium fori?*

§. 81. ℟. Est immunitas et exemptio a foro sæculari.

*Q. Quodnam est privilegium Canocis?*

§. 82. ℟. Ut si quis suadente Diabolo, odio scilicet, contemptu, et pravo affectu, violentas in Clericum manus injecerit, sit excommunicatus.

*Q. Possunt ne Clerici his privilegiis renuntiare?*

§. 83. ℟. Minime, quia hoc esset in præjudicium totius Ecclesiæ, cujus ipsi sunt pars.

*Q. Quid requiritur ut Clericus his privilegiis gaudeat?*

§. 84. ℟. Ex Tridentino (*b*) requiri-

 tur,

(a) *Vid.* B. Alphonsum *ut supra*.
(b) *Sess.* XXII. *de Reform. Cap. VI.*

tur, ut beneficium Ecclesiasticum habeat; aut Clericalem habitum, et Tonsuram deferens, alicui Ecclesiæ, de mandato Episcopi inserviat, vel in Seminario Clericorum, aut in aliqua schola, vel Universitate, de licentia Episcopi, quasi in via ad majores Ordines suscipiendos versetur.

*Q. Quid dicendum de eo, qui hoc solo fine Clericalem tonsuram susciperet, ut his privilegiis frueretur.*

§. 85. ℟. Is lethale peccatum committeret, et quamdam simoniæ speciem; quippe spirituale statum susciperet, ut temporalibus gauderet.

*Q. Quo ritu confertur Tonsura?*

§. 86. ℟. Tonsurandus habitu talari indutus, coram Episcopo se sistit, habens in sinistra superpelliceum, in dextera cereum. Episcopus recitat Orationem, postea incidit forfice capillos ejus in modum Crucis, una cum eo dicens hæc Psalmistæ verba: *Dominus pars hæreditatis meæ, et calicis mei etc.* Et post alias preces, ei superpelliceum imponit, dicens: *Induat te Dominus novum hominem, qui secundum Deum creatus est in justitia, et sanctitate veritatis.* Aliisque precibus dictis, concludit allocutio-

tione ad tonsuratos , ab eisque cereum accipit.

## Caput VII.

### *De quatuor minoribus Ordinibus; et primo.*

### DE ORDINE OSTIARII.

Q. *Quinam est primus Ordo inter Minores?*

§. 87. ℟. Est Ostiariatus.

*Q. Quid est Ostiariatus?*

§. 88. ℟. Est Ordo quo Clericis spiritualis potestas confertur circa Templum Dei; aperiendi nempe, et claudendi Ecclesiæ januas, Ecclesiamque ipsam sedulo custodiendi, ne quid indignum in ea admittatur, aut fiat.

*Q. Quœnam est hujus Ordinis materia?*

§. 89. ℟. hujus Ordinis materia remota sunt claves Ecclesiæ; proxima vero ipsarum clavium traditio, et acceptatio.

*Q. Quœnam est forma hujus Ordinis.*

§.90.

§. 90. ℟. Forma sunt verba, quæ profert Episcopus, dum porrigit Ordinando claves, dicens: *Sic agite quasi reddituri Deo rationem pro his rebus, quæ his clavibus recluduntur*.

*Q. Quænam sunt Ostiarii officia?*

§. 91. ℟. Sunt sequentia; 1. suo tempora januas Ecclesiæ aperire, et claudere; 2. Ab Ecclesia arcere indignos; scilicet Infideles, hæreticos, excommunicatos non toleratos, interdictos etc. 3. pulsare campanas ad populum in Ecclesia congregandum; 4. omnia quæ in Ecclesia ad Dei cultum pertinent diligenter custodire, et ut munda, et nitida sint curare.

*Q. Nonne Laici, ut plurimum, talia officia exercent?*

§. 92. ℟. Exercent utique; at ex consuetudine, vel ex commissione, non vero ex officio proprio, quemadmodum Clerici Ostiarii.

*Q. Quid de illis Clericis sentiendum, quos pudet talia obire officia?*

§. 93. ℟. Dicendum, eos in susceptione hujus Ordinis spiritu Dei ductos non fuisse; aut non satis percepisse quanti sit Dei Domum custodire, qui Rex Regum est, atque Dominus dominantium.

Un-

Unde indigni habendi sunt, qui ad alios Ordines promoveantur.

*Q. Quænam conditiones prærequiruntur in eo, qui ordinandus est Ostiarius?*

§. 94. ℟. Debet 1. esse prima Tonsura initiatus ; 2. rudimentis fidei, ac lingua latina instructus ; 3. Alicui Ecclesiæ adscriptus ; 4. bono sui Parochi testimonio munitus ; atque 5. tandem ætatis saltem septem annorum.

*Q. Quis hunc Ordinem instituit?*

§. 95. ℟. Qui volunt hunc Ordinem esse Sacramentum, dicunt eum a Christo Dominum institutum fuisse, et tunc, quando facto de funiculis flagello, ejecit omnes ementes, et vendentes de Templo; alii vero volunt eum ab Ecclesia fuisse institutum.

*Q. Qua dispositione animi debet Clericus accedere ad hunc Ordinem suscipiendum?*

§. 96. ℟. Magna animi pietate, atque munditia debet ad ordinationem accedere ; Sancta enim Sancte suscipienda sunt; eo vel maxime si Eucharistia sumenda sit: alias pro antidoto venenum, pro fructu perniciem sibi adquiret.

*Q. Quo ritu confertur hic Ordo?*

§. 97.

§. 97. ℟. Ordinandi induti habitu talari, et superpelliceo, habentes in dextera candelam, coram Episcopo genuflectunt, qui de officio quod suscipiunt eos admonet, ut excitentur ad illud devote suscipiendum, et rite, diligenterque exequendum. Postea tradit eis claves Ecclesiæ, et dum illi eas tactu physico tangunt, ait singulis eorum: *Sic age quasi redditurus Deo rationem pro his rebus, quæ his clavibus recluduntur*. Clavibus acceptis, ordinati ad fores Ecclesiæ ducuntur, quas aperiunt, et claudunt in signum acceptæ jam potestatis. Atque ad Episcopum regressi, ab eo benedicuntur.

## DE ORDINE LECTORIS.

*Q. Quid est Lectoratus?*

§. 98. ℟. Est secundus Ordo inter minores, quo spiritualis potestas Clerico tribuitur, Sacras lectiones in Ecclesia legendi, atque fideles erudiendi.

*Q. Quænam est hujus Ordinis materia,*

§. 99. ℟. Materia remota hujus Ordinis est liber Sacras lectiones continens; pro-

proxima vero est libri ejusdem traditio, et acceptatio.

*Q. Quænam est forma?*

§. 100. ℟. Forma sunt verba, quæ profert Episcopus, dum librum porrigit ordinando, ab eo tangendum; dicens: *Accipe et esto verbi Dei relator, habiturus, si fideliter officium tuum impleveris, partem cum iis, qui verbum Dei bene administraverunt ab initio.*

*Q. Quæ hodie sunt Lectoris officia?*

§. 101. ℟. Sunt sequentia; 1. clara, atque distincta voce, quoties occurrit, libros Sacræ Scripturæ in Ecclesia legere; 2. Rudimenta Religionis Christianæ fidelibus rudioribus, atque Catechumenis tradere; et 3. Divinas laudes decantare.

*Q. Quænam sunt fidei rudimenta, quæ Lector debet fidelibus ignaris, vel Catechumenis tradere.*

§. 102. ℟. Sequentia; scilicet Oratio Dominica, salutatio Angelica, Symbolum Apostolorum, præcepta Dæcalogi, et Ecclesiæ, atque septem Sacramenta.

*Q. Quis hunc Ordinem instituit?*

§. 103. ℟. Qui rationem Sacramenti ei tribuunt, dicunt a Christo Domino fuisse institutum, et quidem quando in medio Seniorum aperuit librum Isaiæ

Pro-

Prophetæ, et completa lectione clausit; alii ejus institutionem ab Ecclesia repetunt.

*Q. Quo ritu confertur hic Ordo?*

§. 104. ℟. Ordinandi decenter habitu talari, et superpelliceo induti, cum candela in manu, coram Episcopo genuflectunt. Facta eis Episcopus salutari monitione tum de Ordine suscipiendo, cum de officiis, et muneribus exequendis, eis librum Sacrarum lectionum porrigit, et dum ab eis tangitur, profert hæc verba: *Accipe, et esto etc.*, ut supra; Deinde orat, ut Deus gratiam eis impertiatur distincte legendi, quæ in Ecclesia legenda sunt, et quæ lecta sunt opere implendi. Tandem Divinam benedictionem eisdem, alia oratione, implorat.

## DE ORDINE EXORCISTÆ.

*Q. Quid est Exorcistatus.*

§. 105. ℟. Est tertius Ordo inter Minores, quo spiritualis potestas traditur Clerico expellendi Dæmones ab Energumenis sive baptizatis, sive catechumenis.

*Q. Quinam sunt Energumeni, et quinam Catechumeni?*

§. 106. ℟. Energumeni sunt illi, qui a Dæ-

a Dæmone obsidentur, et vexantur; Catechumeni autem sunt illi, qui Baptismum quærentes in fide Christiana erudiuntur, ut postea baptizentur.

*Q. Quænam est materia hujus Ordinis?*

§. 107. ℟. Materia remota est liber exorcismorum, vel ejus loco Pontificale, aut Missale; proxima vero est libri ejusdem traditio, et acceptatio.

*Q. Quænam est forma?*

§. 108. ℟. Sunt verba, quæ profert Episcopus dum librum ordinando porrigit, at ab eo tangitur; nempe: *Accipe et commenda memoriæ, et habe potestatem manus imponendi super energumenos sive baptizatos, sive cathecumenos.*

*Q. Quid hic sibi vult manuum impositio?*

§. 109. ℟. Significat ritum, quo per preces, et adjurationes, fideles, aut catechumeni a Dæmone obsessi adjurantur, ut liberentur.

*Q. Quænam ergo sunt Exorcistæ officia?*

§. 110. ℟. Peculiare eorum officium est manus super energumenos imponere, et exorcismis ab eis Dæmones expellere.

Alia

Alia ejus officia sunt *dicere populo , ut qui non communicat , det locum , et aquam in ministerio infundere*; nec non parare aquam et salem , aliaque necessaria ad benedictionem aquæ , qua utitur Ecclesia in exorcismis .

*Q. Statim ac quis est ordinatus Exorcista potest ne exorcizare?*

§. 111. ℟. Minime; sed requiritur peculiaris Episcopi licentia, Justis namque de causis, Ecclesia ipsis quoque Sacerdotibus usum potestatis exorcizandi interdicere solet . Periculis namque exorcizandi munus plenum est , quod nisi et magna diligentia , et a viris Ecclesiasticis dignis exerceatur, in perniciem exorcizantis, Ecclesiæ dedecus , et fidelium scandalum vergere potest.

*Q. Quænam praerequiruntur in eo, qui debet hoc officium exercere?*

§. 112. ℟. Requiritur ut sit quantum fas est , inculpatæ conscientiæ , jejuniis , atque orationibus vacans , prudentia , discretione , atque humilitate præsentim præditus .

*Q. Quo ritu confertur hic Ordo?*

§. 113. ℟. Genuflexis ordinandis coram Episcopo , et habentibus in dextera candelam, Episcopus eos admonet de officio,

ficio, quod sunt suscepturi. Postea porrigens eis librum, quem illi dextera manu tangunt, profert formam hujus Ordinis. Ulterius adstantes excitat ut orent pro ordinatis; ac tandem pro ipsis Divinam implorans benedictionem, orat ut rite, et recte susceptum officium exequantur.

*Q. Quis hunc Ordinem instituit?*

§. 114. ℟. alii dicunt a Christo Domino, cum ejecit Dæmones a corporibus obsessis, vel cum potestatem Dæmones expellendi Apostolis concessit; Alii dicunt institutum fuisse ad Ecclesia.

## DE ORDINE ACOLYTHORUM.

*Q. Unde nomen Acolythi, vel quid significat?*

§. 115. ℟. Acolythus græce, latine dicitur pedissequus; Acolythus enim Subdiaconum in altaris ministerio sequi debet, eique inservire.

*Q. Quid est Acolythatus?*

§. 116. ℟. Est quartus Ordo inter minores, quo Clericis spiritualis potestas traditur accedendi luminaria Ecclesiæ, ferendi cereum accensum ad altare, parandique urceolos cum vino et aqua, et

porrigendi eos Subdiacono pro Sacrificio Missæ.

*Q. Quaenam est materia, et quaenam forma hujus Ordinis?*

§. 117. ℟. Materia remota est candelabrum cum cereo extincto, et urceoli vacui; materia vero proxima horum traditio, et acceptatio. Forma vero sunt verba, quae profert Episcopus, 1. in traditione candelabri dicens: *Accipe ceroferarium cum cereo, et scias te ad accendenda Ecclesiae luminaria mancipari*; postea in traditione urceolorum, dicens: *Accipe urceolos ad suggerendum vinum, et aquam ad Eucharistiam sanguinis Christi in nomine Domini*.

*Q. Quare ordinando traduntur cereus extinctus, atque urceoli vacui?*

§. 118. ℟. Ut sciant Acolythi, munus suum esse cereos accendere in sacris peragendis, atque in urceolis vinum, et aquam præparare pro sacrificio Missæ.

*Q. Quaenam sunt Acolythorum officia?*

§. 119. ℟. Acolythorum officia hæc præcipua sunt 1. Accendere luminaria in Ecclesia, eaque deferre cum Divina officia celebrantur, maxime vero quando ca-

canitur Evangelium ; 2. Parare vinum, et aquam ad Eucharistiam, eaque Subdiacono ministrare ; 3. sequi Subdiaconum, et Diaconum in altaris ministerio, eisque, cum opus fuerit, inservire ; 4. Ignem, ac thus parare, thuribulumque deferre ; 5. tandem Missis privatis inservire.

*Q. Potest ne Acolythus tangere vasa sacra?*

§. 120. ℟. Sine licentia Episcopi, per se non potest, nisi adhibita mappula tangere. Illa enim, sine mappula, tangere officium est Subdiaconi.

*Q. In Missa solemni, deficiente Subdiacono, potest ne Acolythus, aut alius inferioris Ordinis Clericus Subdiaconi vices supplere?*

§. 121. ℟. Maxime, cum quibusdam tamen conditionibus ; ut nempe non utatur manipulo, et solum cantet Epistolam. Ita enim per Sacram Rituum Congregationem expresse decretum est (a) : *Deficiente Subdiacono pro Missa solemni, data necessitate, potest permitti per superiorem, ut substituatur constitutus in minoribus Ordinibus ad*



(a) *Die 5. Julii 1698.*

*cantandam epistolam paratus absque manipulo.*

*Q. Cur dicitur ad cantandam Epistolam absque manipulo?*

§. 122. ℟. Quia manipulum est vestis propria Ordinis Sacri, unde minoribus Ordinibus non competit; Et quia alia obire officia proprium est Ordinis Subdiaconatus, in cujus exercitio Minoribus Ordinibus insigniti, nullatenus se ingerere debent.

*Q. Quis hunc Ordinem instituit?*

§. 123. ℟. Ab Ecclesia dicunt non pauci ex recensioribus; At qui huic Ordini veri Sacramenti rationem tribuunt, dicunt a Christo Domino fuisse institutum, et quidem cum dixit: *Ego sunt lux Mundi.*

## Caput VIII.

### *De Ordine Subdiaconatus.*

*Q. Quid est Subdiaconatus?*

§. 124. ℟. Est primus Ordo inter majores, et Sacros, quo spiritualis potestas traditur præparandi, et deferendi calicem cum patena, legendi Epistolam, et in-

inserviendi Diacono in solemni Missæ Sacrificio.

*Q. Hic Ordo fuit ne semper inter majores et Sacros?*

§. 125. ℟. Non semper fuit apud Latinos inter majores, et Sacros, sed minoribus adscribebatur, sicuti nunc est apud Græcos; quo autem præcise tempore majoribus Ordinibus fuerit adscriptus, certo nequit definiri.

*Q. Quaenam est materia hujus Ordinis?*

§. 126. ℟. Materia remota hujus Ordinis sunt calix vacuus cum patena, et liber Epistolarum; proxima vero eorum traditio, et acceptatio.

*Q. Quaenam est forma hujus Ordinis?*

§. 127. ℟. Sunt verba, quae profert Episcopus in traditione materiae; nempe dum tradens calicem cum patena, ait: *Videte cujusmodi ministerium vobis traditur: ideo vos admoneo ut ita vos exhibeatis, ut Deo placere possitis*; et tradens librum Epistolarum, inquit: *Accipe librum Epistolarum, et habe potestatem legendi eas in Ecclesia Dei tam pro vivis, quam pro Defunctis.*

*Q. Quaenam sunt Subdiaconi officia?*

§. 128. ℟. Subdiaconi officia sunt 1. Diacono inservire in altaris ministerio, eique calicem et patenam deferre in usum sacrificii; 2. Epistolam in Missa solemni legere aut canere; 3. tenere librum apertum ante Diaconum dum cantat Evangelium, ipsumque librum Sacerdoti celebranti osculandum exhibere, cantato Evangelio; 4. aquam parare, et in Calicem fundere, postquam Diaconus, vinum infuderit; 5. Sacerdoti dum solemniter celebrat aquam infundere in ablutione manuum. 6. Crucem ante Clerum in processionibus ferre. 7. Pallas, corporalia, et purificatoria abluere; 8. Oblationes, quae Sacerdotibus offeruntur a populo suscipere, et ex illis tantum in altari ponere, quantum populo sufficiat.

*Q. Quaenam praerequiruntur in eo, qui ordinandus est Subdiaconus?*

§. 129. ℟. Septem praerequiruntur; 1. ut prima Tonsura, et quatuor minoribus Ordinibus sit insignitus; 2. aetas vigintiduorum annorum, saltem incoeptorum; 3. Intertitium unius anni a suscepto Acolythatu; 4. Vita in Ordinibus minoribus religiose transacta, et Episco-

po

po cognita; 5. Titulus honestae sustentationis; Beneficii scilicet, Patrimonii, Religiosae paupertatis; 6. Scientia sufficiens; et 7. status gratiae; maxime quia ab Episcopo sacram Eucharistiam suscipere debet.

*Q. Si quis absque minoribus Ordinibus, vel ante præscriptam ætatem Subdiaconatum suscipit, peccat ne, et incurrit in aliquam poenam?*

§. 130. ℟. Peccat utique mortaliter cum violet statuta Ecclesiæ in re gravi; necnon incidit in suspensionem ab executione Ordinis suscepti; et si Ordinem exercet, incurrit in irregularitatem.

*Q. Sed si quis ordinatur ante legitimam ætatem; verum tunc Ordinem exercet cum jam ætatem compleverit, incurrit ne in irregularitatem?*

§. 131. ℟. Maxime, si a suspensione non fuerit absolutus; quia ætas, non tollit suspensionem antea contractam.

*Q. Quid requiritur ut quis in hoc nostro Neapolitano Regno Ordinari possit ad titulum sive beneficii, sive patrimonii?*

§. 132. ℟. Vi novi Concordatii anni 1818. inter Summum Pontificem Pium VII., et Regem nostrum Ferdinandum

I., quos Deus semper incolumes servet, sospitetque, qui ad Sacros Ordines promovendi sunt titulo patrimonii, patrimonium debet esse constitutum in bonis stabilibus propriis, et omnino liberis ab omni vinculo hypothecæ fundi, vel fundorum; et cujus redditus annuatim non sit minor quinquaginta, nec major octoginta ducatorum. Qui autem titulo beneficii, vel Cappellaniæ ordinandi sunt, ut ordinentur, vel debent habere beneficium, aut Cappellaniam, quæ pro honesta substentatione per singulos annos reddat quinquaginta aureos; vel si non habent, constituere sibi debent supplementum certum, quod pertingat ad efformandam dictam taxam ducatorum quinquaginta.

*Q. Si quis scienter invalidam emittit professionem in aliqua Religione, et postea Ordines majores suscipit, peccat ne, et incurrit in aliquam pœnam?*

§. 133. ℟. Peccat mortaliter, et quia ordinatur sine dimissoriis proprii Prælati, et quia ordinatur sine titulo; unde est suspensus ab ordine suscepto, et si illum exercet incidit in irregularitatem.

Ca-

## Caput IX.

### *De obligationibus Subdiaconorum.*

Q. *Quot et quænam sunt obligationes peculiares, quas in ordinatione Subdiaconus suscipit?*

§. 134. ℟. Duo; nempe 1. debitum servandæ perpetuæ castitatis, et 2. quotidiana recitatio horarum Canonicarum.

Q. *Quodnam est debitum istud servandæ castitatis?*

§. 135. ℟. Est obligatio, non solum abstinendi a carnis voluptatibus, generatim VI. Decalogi præcepto prohibitis, sed ab iis etiam, quæ conjugatis, bono conjugii concessa sunt.

Q. *Cur Ecclesia hanc obligationem sacris Ordinibus adnexuit?*

§. 136. ℟. Ut Sacri Ministri liberius Deo inservirent; Divinis officiis, orationibus, rerum divinarum meditationi, Sacrarum litterarum studio, prædicationi verbi Dei, atque sacrificiis sedulo vacarent. Ab his namque plurimum avertunt uxoris, et filiorum cura; nec non rei familiaris sollicitudines; ut enim ait

Apo-

Apostolus (a) : *Qui cum uxore est, sollicitus est quæ sunt mundi, et divisus est.*

*Q. Est ne antiqua hæc obligatio in Ecclesia?*

§. 137. ℟. Quoad Diaconos, Presbyteros, et Episcopos vel ab ipsis Ecclesiæ cunabulis, exemplo Apostolorum, aliorumque Sanctorum, sensim hæc obligatio cœpit introduci, fuitque postea semper in Ecclesia latina religiose retenta, atque servata, non sic autem apud Græcos, apud quos est aliqua remissio quoad hoc, relate ad Diaconos, et Presbyteros. Quoad Subdiaconos vero, eos æque ac Diaconos, atque Presbyteros, et Episcopos continentiæ lege fuisse obstictos, patet ex Concilio Carthaginensi anni 1419. Probabilius tamen est, legem hanc continentiæ tum fuisse pro Subdiaconis generaliter constitutam, cum Subdiaconatus Ordo majoribus Ordinibus fuit adscriptus.

*Q. Nunquam ergo licebit in sacris constituto contrahere Matrimonium?*

§. 138. ℟. Nunquam. Et ita quidem ut si tentaret Matrimonium contrahere, sacrilegium committeret, et quia votum castitatis violat, et quia irritum reddit Ma-

(a) *I. Corinth. Cap. VII.*

Matrimonii Sacramentum; atque insuper ipso facto incidit in excommunicationem Episcopo reservatam, et in suspensionem ab Ordine.

*Q. Obligatio continentiæ, quæ a Subdiacono suscipitur habet ne rationem voti?*

§. 139. ℟. Saltem implicite habet rationem voti. Cum namque continentiæ obligatio sit bonum melius, et Deo acceptius; cumque Ecclesia eam Ordini Sacro adnexuerit, profecto qui Subdiaconatum suscipit, ad servandam castitatem se adstringit, et licet non explicite, saltem implicite Deo promittit castitatem.

*Q. Quam voti rationem habet obligatio continentiæ in Subdiacono, voti solemnis nempe, aut simplicis?*

§. 140. ℟. Voti solemnis, itaut dirimat Matrimonium contrahendum.

*Q. Si, quod absit, Clericus in Sacris constitutus violat castitatem, quot peccata committit?*

§. 141. ℟. Peccat 1. contra virtutem castitatis; et 2. contra religionem ob voti castitatis violationem. Peccare etiam 3. potest contra justitiam si thorum alterius violaverit, vel contra pietatem si cum consanguinea vel affini peccaverit.

Q.

*Q. Tenetur ne ad castitatem servandam, qui susciperet Subdiaconatum ignorans hanc obligationem Subdiaconis impositam esse?*

§. 142. ℟. Tenetur. Nam qui vult principale, nempe Subdiaconatum, vult quoque accessorium, nempe castitatis obligationem Subdiaconatui adnexam. Ultraquamquod ne quidem suspicari potest talis ignorantia in ordinando; tum quia ante Ordinationem instruitur circa obligationes Subdiaconatus, tum quia Episcopus in ipsa ordinatione de tali obligatione Ordinandos præmonet clara voce, ut ignorantiæ excusationein afferre postea non possint.

*Q. Sed dato quod revera Clericus hanc obligationem ignoraverit, et ordinatur, noluisset tamen ordinari si hanc scivisset, tenetur ne ad castitatem servandam?*

§. 143. ℟. Si in susceptione Subdiaconatus habuit intentionem, talem Ordinem non suscipiendi si ipsi fuisset adnexa obligatio perpetuæ castitatis, et tunc quoniam Ordinatio fuit irrita, ad castitatem non tenetur, si vero tunc talem intentionem non habuit, cum Ordinatio

fue-

fuerit valida, ad castitatem tenetur, saltem ex præcepto Ecclesiæ.

*Q. At Clericus scit hanc obligationem castitatis esse Ordini Subdiaconatus adnexam; sed in insusceptione Subdiaconatus vult quidem recipere Ordinem, sed non vult se obligare ad castitatem, quid dicendum?*

§. 144. ℟. Iste Clericus peccaret mortaliter Ecclesiæ praecepto obsistens in re gravi, et insuper ad castitatem servandam tenetur, sive ex voto saltem implicito, sive saltem ex lege Ecclesiae, quae cum adnexuerit Subdiaconatui hanc obligationem nequit quis velle Subdiaconatum, et nolle se obligare ad castitatem.

*Q. Si quis autem per metum gravem in Sacris ordinaretur, tenetur ne servare castitatem?*

§. 145. ℟. Quoniam metus, licet gravis non tollit, sed minuit tantum voluntarium, sicuti quis per talem metum valide ordinatur, ita et ad castitatem tenetur. Potest tamen Sacrae Congregationi Tridentini Concilii interpreti sufficientes probationes afferre hujus metus gravis, et cadentis in virum constantem, atque hinc petere, et obtinere a Summo Pontifice dispensationem.

Q.

*Q. Quid agere debet Clericus ut continentiam inviolate servet?*

§. 146. ℟. Ut Clericus castitatem inviolate servet, inter alia, haec praecipue efficere debet. 1. Fugere consortium, atque familiaritatem mulierum; *de vestimento enim*, ait Ecclestiastes (a), *procedit tinea, et a muliere iniquitas viri*. Neque se seducat, quod illae honestae appareant, et vitae spiritualis; nam *nec eo minus*, inquit S. Augustinus (b), *illæ fugiendæ sunt, quia religiosæ videntur, quando, quanto religiosiores, tanto citius alliciunt: et sub prætextu pietatis latet viscus libidinis*. Neque solum consortium, sed et aspectum earum, quantum fieri potest, effugere debet; Nam *gladius igneus*, ait S. Hieronymus, *est facies mulieris, quæ quasi ex omni parte sagittas emittit*. 2. debet otium vitare, et studio aliaque honesta corporis, vel mentis occupatione se excere; *multam enim malitiam* (c) *docuit otiositas*; *et mens otiosi*, ait Joannes Cassianus, *Nihil aliud cogitare videtur, quam de ventre, et libidine*.

Hinc

(a) *Cap. XLII. v. 13.*
(b) *De cohabitat. Cleric. & mulier.*
(a) *Ecclesiastes Cap. XXXIII. v. 29.*

Hinc S. Hieronymus ad Rusticum scripsit: *Fac aliquid operis, ut semper Diabolus te inveniat occupatum*; 3. debet, Apostoli exemplo, corpus suum jejuniis, aliisque mortificationum generibus castigare, sicque in servitutem redigere. In deliciis namque vel maxime castitas periclitatur; et *difficile*, ait citatus Hieronymus, *inter epulas servatur pudicitia*; *ac nitens cutis sorditum ostendit animum*; 4. debet res Divinas meditare, et saepius mente ad Caelestia adsurgere. Sicuti namque rerum mundanarum meditatio ad libidinem allicit, atque impellit, ita rerum Caelestium contemplatio amore casto animam accendit, libidinemque expellit: Unde David (*a*): *In meditatione mea exardescet ignis*. 5. debet orationi insistere, et a Deo continentiae donum expostulare, Pauli exemplo, qui ter Dominum rogavit, ut ab Angelo Sathanae liberaretur; 6. tandem, ne brevitatis limites excedamus, debet Sacram Eucharistiam frequenter, et digne suscipere; est namque frumentum electorum, et vinum germinans virgines (*b*); nec non Virgini Deiparae se

men-

(a) *Psal.* 38. *v.* 4.
(b) *Zach. Cap. IX. v.* 17.

mendare: *Illa enim*, ait S. Joannes Chrysostomus (*a*), *pulcherrimam praetiosissimam, et incorruptibilem possessionem, patrocinio suo conservabit*.

*Q. Quid sunt Horae Canonicae, ad quas recitandas obligatur Subdiaconus?*

§. 147. ℟. Sunt preces vocales, publica auctoritate Praelatorum Ecclesiae constitutae, certis horis recitandae, nomine ipsius Ecclesiae, ad orandum et laudandum Deum.

*Q. Cur Ecclesia hanc obligationem Clericis imposuit?*

§. 148. ℟. Clericis hanc obligationem Ecclesia imposuit, quia Clerici prae aliis Deo consecrati, ac Divino cultui mancipati, necnon inter Deum et homines veluti mediatores constituti, illud Christi Domini debent implere (*b*): *Oportet semper orare, et non deficere*; Et quoniam in praesenti vita undique infirmitatibus circumdati, ad literam, et stricte tale Domini sive praeceptum, sive consilium impleri nequit, Sancta mater Ecclesia quasdam peculiares horas infra diei latitudinem constituit, in quibus Cle-

(a) *Apud* Metaphrasten.
(b) Lucae *Cap. XVIII.* 1. 8.

Clerici, juxta ipsius praescriptum Divinis laudibus, aut precibus ad Deum fundendis vacantes, diem integrum in oratione insumere viderentur, sicque semper orare dicerentur.

*Q. Cur hæ horæ dicuntur Canonicæ?*

§. 149. ℟. Quia juxta regulas Sacrorum Canonum persolvuntur.

*Q. Vocantur ne alio nomine?*

§. 150. ℟. Maxime. Vocantur enim: 1. *Divinum Officium*, quia in Dei honorem, et cultum recitantur; 2. *Breviarium*, quia sunt breve, atque admirabile compendium sacrarum lectionum Veteris, et Novi Testamenti, SS. Patrum sententiarum, et Vitæ Sanctorum; 3. tandem *Orarium*, quia magna earum pars constat variis precibus, et Orationibus ad Deum fusis.

*Q. Quot sunt Horæ Canonicæ?*

§. 151. ℟. Sunt septem; nempe Matutinum cum Laudibus, Prima, Tertia, Sexta, et Nona, Vesperae, et Completorium. Matutinum cum Laudibus dicitur *Officium nocturnum*, quia olim, in nocte persolvebatur, sicut modo a Regularibus quibusdam persolvitur; aliae vero Horae *Officium diurnum* dicun-

tur, quia illucescente die recitantur.

*Q. Est ne antiquus ritus recitandi Horas Canonicas?*

§. 152. R/. Quoad substantiam est antiquissimus, et ab ipso Apostolorum tempore in praxi, si Primam, et Completorum excipias. Nam (*a*) *media nocte Paulus et Silas orantes laudabant Deum; Petrus ascendit in superiora, ut oraret circa horam sextam* (*b*); et *Petrus et Joannes ascendebant in Templum ad horam orationis nonam* (*c*). Quod et expresse praescripsit S. Clemens Papa I., dicens (*d*): *Precationes facite, mane, hora tertia, sexta, et nona, et Vespere, atque ad galli cantum*. Quoad methodum vero, qua hodie recitantur, a SS. Pontificibus Damaso, Gelasio, et Gregorio originem habuit; sed ab aliis sequentibus Pontificibus Urbano praesertim VIII. perfecte absolutus fuit (*e*).

*Q. Quinam ad Horas Canonicas quotidie recitandas obligantur?*

§. 153.

(a) *Actorum Cap. XVI. v.* 25.
(b) *Ibid. Cap. X. v. 9.*
(c) *Ibid. Cap. III. v.* 1.
(d) *Lib. VIII. Constit. Apostolic. Can.* 34.
(e) Ferraris *V. Officium Divinum an. 7. ad* 12.

§. 153. ℟. His nostris temporibus ad Horas Canonicas quotidie recitandas obligantur Clerici omnes in Sacris constituti, vel etiam in Minoribus habentes beneficium Ecclesiasticum, licet tenue; omnes item Religiosi, et Moniales professi.

*Q. Quonam tempore incipit in Subdiacono onus recitandi Horas Canonicas ?*

§. 154. ℟. Incipit a die et hora, in qua subdiaconatus Ordinem suscipit. Hinc si hora sexta, ex. gratia, ordinatur quis Subdiaconus, ab hora sexta tenetur Horas Canonicas recitare.

*Q. Quid si anticipaverit recitationem, et totum illius diei officium absolverit ?*

§. 155. ℟. Adhuc tenetur, quia Subdiaconus recitat officium nomine Ecclesiae. Quod antea igitur recitavit, non recitavit nomine Ecclesiae; unde et tenetur iterum recitare ab hora, in qua ordinatur.

*Q. Si quis Clericus inciderit in aliquam censuram Ecclesiasticam, tenetur ne ad Officii Divini recitationem.*

§. 156. ℟. Maxime: *Ne videatur de*

*sua malitia commodum reportare* (*a*) : Loco autem *Dominus vobiscum* , Clerici , quibus id ex proprio Ordine competit , si sunt majori excommunicatione excommunicati , dicere debent : *Domine exaudi orationem meam* ; idipsum facere debent suspensi , seu interdicti ab officio , itemque depositi aut degradati , quoties salutatio illa *Dominus vobiscum* est functio propria Ordinis Sacri; iis namque pariter interdictum est Sacri Ordinis functiones usurpare .

*Q. Quale Officium est recitandum?*

§. 157. ℟. Clerici saeculares debent Officium illud recitare, quod in Calendario propriæ Diœcesis assignatur ; Clerici vero Regulares Officium illud , quod in Calendario propriæ Religionis, et quidem illius Provinciae , ad quam pertinent, est praescriptum .

*Q. Quot peccata committit, qui beneficium obtinet, et est in sacris constitutus, si hanc obligationem graviter violat?*

§. 158. ℟. Duo peccata committit ( licet non desint, qui aliter sentiant (*b*) ), unum quidem contra religionem , quia ra-

(a) *Cap.* Intelleximus 7. *de Judiciis* .

(b) *Vide* Ferraris *V. offic. art. IV. n.* 12.

ratione Ordinis Sacri tenetur Officium recitare; alterum contra justitiam, percipiens fructus beneficii, non praemisso labore satisfactionis Officii. Unde beneficiati si absque legitimo impedimento Officium Divinum recitare omittunt, pro rata omissionis, debent fructus beneficii restituere, et quidem ante judicis sententiam (*a*).

*Q. Quo tempore recitari debent horæ Canonicæ?*

§. 159. ℟. Si Horae Canonicae recitandae sunt in Choro, servanda sunt consueta tempora Ecclesiarum, nisi aliud rationabilis caussa suadeat. Si vero extra Chorum, laudabile erit, eas statutis horis recitare; tamen sufficit si recitentur intra latitudinem temporis, quod interest inter Vesperas unius diei, et mediam noctem diei sequentis. Advertendum tamen, quod licet Matutinum diei sequentis, ex caussa, recitari possit pridie, circa solis occasum, ex recepta consuetudine, reliquae tamen horae, quae propriae sunt diei sequentis, anticipari non possunt.

*Q. Quænam omissio in recitatione Horarum Canonicarum est mortalis?*

ee 3 §. 160.

---

(a) *Ex Concil. Lateranense V. Ex Bulla Pii V. Ex proximo &c. et Prop. damata ab Alexandro VII.*

§. 160. ℟. Non solum totius Officii omissio est peccatum mortale, sed etiam omissio unius horae parvæ, vel partis aequivalentis; imo juxta aliquos, etiam partis dimidiæ horae parvæ. Hinc Vesperae Sabati Sancti, licet brevissimae, absque culpa non omittuntur, quia sunt integra Hora.

*Q. Quomodo recitandum est Officium Divinum?*

§. 161. ℟. Recitandum est *clare*, *attente*, *et devote*. Clare, integre proferendo verba, non mutilando, non absorbendo syllabas; voce clara, ut si quis recitet cum socio, ab eo audiri possit, vel si recitet solus, ea voce, qua possit saltem audire seipsum. Attente, hoc est reflectendo ad id quod recitat, ad verba, ne erret, et aliud dicat pro alio; atque insuper ad Deum, cui debitum Horarum Canonicarum persolvit, habendo scilicet, non solum intentionem Deum laudandi, eique debitum cultum praestandi, sed etiam ad ipsum mentem elevatam, ne labiis tantum Deum colere videatur. Devote tandem, hoc est piis cordis affectibus Divini Officii verba prosequi, juxta illud Augustini (*a*): *Si orat psalmus, orate*: *et*

(a) *In Psalt.* 30. *En art.* 4. *n.* 1.

*et si gemit, gemite, et si gratulatur, gaudete: et si sperat, sperate : et si timet timete.*

*Q. Quænam sunt caussæ excusantes a recitatione Divini Officii?*

§. 162. ℟. Tres sunt; Impotentia nempe sive physica, sive moralis, Charitas, et legitima dispensatio.

*Q. Si quis non potest integrum Officium recitare, potest tamen aliquam partem, tenetur ne ad eam partem?*

§. 163. ℟. Maxime; et oppositum damnatum fuit ab Innocentio XI., qui hanc confixit propositionem (*a*) : *Qui non potest recitare Matutinum, et Laudes, potest autem reliquas Horas, ad nihil tenetur, quia major pars trahit ad se minorem.*

*Q. Quo ritu Subdiaconatus Ordo confertur?*

§. 164. ℟. Ordinandi induti amictu ( non tamen super caput ), alba, et cingulo, habentes in manu sinistra manipulum, et super eamdem, tunicellam albi coloris, in dextera vero candelam; se sistunt coram Episcopo, qui eos admonet, attente considerent onera Ordini quem appetunt adnexa, atque concludit:



(a) *Num. 51. ex damn. 2. Martii 1679.*

dit: *Si in sancto proposito perseverare placet, huc accedite*. Accedunt illi, et prosternunt se. Interim canuntur Litaniae Sanctorum; quibus persolutis, surgunt. Tunc Episcopus eos de ipsorum officiis rite peragendis admonet; deinde porrigit ipsis calicem vacuum cum patem vacua superposita (quem successive singuli tangunt manu dextera), et formam profert; atque ab Archidiacono illis traditis urceolis cum vino, et aqua, et bacile cum linteolo, quo manus terguntur, Episcopus quibusdam precibus petit illis Divinam benedictionem; et dona Spiritus Sancti; postea ponit amictum super caput singulorum; immittit manipulum in sinistrum brachium, imponitque tunicellam; tandem tradit ordinatis librum Epistolarum, quem dum illi manu dextra tangunt, ipse formam profert. Quibus expletis, cum tempus erit, unus ex ordinatis Epistolam leget.

*Q. Quid significant amictus, manipulus, et tunicella, quibus Subdiaconi ab Episcopo induuntur?*

§. 165. ℟. Amictus significat castigationem vocis; manipulus significat fructum bonorum operum; et tunicella si-

gni-

gnificat tunicam jucunditatis, et indumentum letitiae.

*Q. Post ordinationem quid Episcopus imponit Subdiacono?*

§. 166. ℟. Imponit ut recitet Nocturnum illius diei, Feriæ nempe, licet aliud Officium fuerit recitatum, illudque separatim ab Officio diei.

## Caput X.

### *De Diaconatu.*

*Q. Quid significat nomen Diaconi?*

§. 167. ℟. Diaconi nomen significat ministrum, quia minister est Sacerdotis, et in altari certum habet officium ministrandum. Vocatur quoque Levita, Diaconi namque Levitis Veteris testamenti successerunt, quorum illi figuram gerebant.

*Q. Quid est Diaconatus?*

§. 168. ℟. Est secundus Ordo major, et Sacer, quo præcipua spiritualis potestas traditur ordinato ministrandi Episcopo, aut Presbytero in Missae sacrificio, aliaque spiritualia officia peragendi.

*Q. Diaconatus est ne Sacramentum?*

§. 169.

§. 169. ℟. Maxime. Nam in eo omnia inveniuntur, quae ad veri nominis Sacramentum constituendum requiruntur (§. 540. T. III.); adest namque 1. signum sensibile, manus nempe impositio; de primis enim septem Diaconis legitur (a): *Hos statuerunt ante conspectum Apostolorum, et orantes imposuerunt eis manus*; 2. adest collatio gratiae, quia in ordinatione Diaconi, dum Episcopus manum imponit, ait: *Accipe Spiritum Sanctum*, quibus verbis significatur Diacono gratiam Spiritus Sancti conferri; 3. tandem adest Divina institutio; Nam solus Christus Dominus signo sensibili gratiam adnectere potest.

*Q. Nonne primi Diaconi fuerunt ab Apostolis instituti?*

§. 170. ℟. Primi Diaconi fuerunt quidem ab Apostolis electi, atque ordinati; at Diaconatus Ordo fuit a Christo institutus.

*Q. Occasio instituendi Diaconos fuit necessitas inserviendi mensis; nullum ergo in eis apparet spirituale officium, nullum Sacramentum.*

§. 171. ℟. Principale Diaconorum officium, non fuit ministrare mensis, sed Sa-

(a) Actorum Cap. VI. v. 6.

Sacris Altaribus . S. Ignatius Martyr Apostolorum temporum aequalis (*a*) , de Diaconis loquens ait, eos *ministros esse mysteriorum Jesu Christi : non enim ciborum ac potuum ministri sunt , sed Ecclesiæ Dei* . Idipsum testatur S. Cyprianus (*b*), dicens: *Diaconos post ascensum Domini in Cœlos Apostoli sibi constituerunt Episcopatus sui , et Ecclesiæ ministros* .

*Q. Quando Christus hunc Ordinem instituit?*

§. 172. ℟. Instituit in ultima Cœna , quando corpus et sanguinem suum discipulis ministravit .

*Q. Quænam est materia hujus Ordinis?*

§. 173. ℟. Duplex est, impositio manus dexterae Episcopi , et traditio libri Evangeliorum. At quaenam ex iis sit essentialis, disputatur inter Theologos . Si stemus ad id quod fecerunt primitus Apostoli , videtur solam manus Episcopi impositionem esse materiam essentialem Diaconatus; constat namque , Apostolos sola manus impositione Diaconos ordinasse . Si autem stare velimus ad id quod le-

(a) *In Epist. ad Trallianos* .
(b) *Epist.* 65.

legitur in Concilio Florentino (*a*); nempe: *Diaconatus autem traditur per libri Evangeliorum dationem*, videtur Evangeliorum librum esse propriam essentialem hujus Ordinis materiam. In hoc dissidio dicimus, utramque materiam esse in Ecclesia latina in Diaconorum ordinatione necessario adhibendam.

*Q. Quænam est forma hujus Ordinis?*

§.174. ℟. Duplex: Prima correspondens primae materiae est, cum Episcopus manum dexteram super caput ordinandi imponens, ait: *Accipe Spiritum Sanctum ad robur, ad resistendum Diabolo, et tentationibus ejus in nomine Domini*. Altera correspondens secundae materiae, est cum Episcopus porrigens ordinando librum Evangeliorum, inquit; *Accipe potestatem legendi Evangelium in Ecclesia Dei, tam pro vivis, quam pro Defunctis in nomine Domini*.

*Q. Quænam sunt Diaconorum officia?*

§. 175. ℟. Diaconorum officia hæc hodie praecipua sunt; 1. Sacerdoti solemniter celebranti ministrare, et Evangelium legere, vel canere; 2. Verbum Dei

(a) *In Decreto unionis pro Armenis.*

Dei populo praedicare, ubi Episcopus expedire judicaverit; et in casu necessitatis, ubi absit Sacerdos, Baptismum administrare. Sunt et alia eorum munia, quae modo tam in usu non sunt (*a*).

*Q. Quænam est vestis propria Diaconi?*

§. 176. ℟. Est stola decussatim posita super humerum sinistrum, pendens sub latere dextero.

*Q. Quare Diaconus utitur stola transversa?*

§. 177. ℟. Cum humerus sit corporis pars ad onera ferenda maxime apta; cumque Diaconus ad hoc ordinetur, ut labores in vinea Domini suscipiat, ne ei accidat in illis unquam succumbere, stola, quasi sacra fascia, super humerum ligatur.

*Q. Quænam prærequiruntur in eo, qui licite Diaconatus Ordinem vult suscipere?*

§. 178. ℟. 1. requiritur ut prima Tonsura, quatuor Minoribus Ordinibus, et Subdiaconatu sit insignitus; 2. ut per annum in officio Subdiaconatus se exercuerit, habeatque de hoc testimonium;

3. Ut

(a) Rotarius *in Apparatu Interrogat. &c. Sect.* 2. *Cap. VI. n.* 12.

3. Ut servetur interstitium unius anni a suscepto Subdiaconatu ; 4. Ut scientia sufficienti sit praeditus ; 5. ut sit ætatis viginti trium annorum, saltem inceptorum; 6. tandem ut sit boni testimonii, et plenus Spiritu Sancto, in gratia nempe; debet namque Sacramentum Ordinis, et Eucharistiam suscipere.

*Q. Quo ritu confertur Diaconatus?*

§. 179. ℟. Ordinandi induti amictu, alba, cingulo, et manipulo, prosternunt se ad Litanias Sanctorum; postea vocati accedunt, habentes in manu sinistra stolam, et Dalmaticam super brachium; in manu autem dextera candelam, et in modum coronae genuflexis ante Episcopum, Archidiaconus, seu alius vice ejus, ait ad Episcopum, Ecclesiam postulare, *ut præsentes Subdiaconi ad onus Diaconi ordinentur*. Petit Episcopus: *scitis illos esse dignos?* Postquam audierit ab Archidiacono illos esse dignos, Episcopus a Clero, et populo petit, num habeant aliquid contra eos. Nemine autem contra ipsos quidquam opponente, admonitionem ad eosdem habet, et post aliquas preces, imponit illis sigillatim dexteram manum, dicens: *Accipe Spiritum Sanctum etc.* Tunc imponit singu-

gu-

gulis stolam transversam, dicens: *Accipe stolam candidam etc.* Dein induit singulos Dalmatica, dicens: *Induat te Dominus indumento salutis etc.* Postea dat singulis librum Evangeliorum, dicens: *Accipe potestatem etc.* Tandem pro ipsis orat; et unus ex ordinatis, cum tempus erit, legit Evangelium.

*Q. Quid Episcopus post ordinationem imponit Diaconis?*

§. 180. ℟. Idipsum quod imposuit Subdiaconis; ut nempe recitent Nocturnum illius diei.

*Q. Hoc onus, quod Diaconis imponit Episcopus, obligat sub gravi, an levi?*

§. 181. ℟. Probabilius est sub levi obligare, quia ex nullo capite constat, quod imponatur in pœnitentiam, et ex praecepto.

*Q. Si Diaconus in mortali existens solemniter ministret, quale peccatum committit?*

§. 182. ℟. Probabilius est venialiter tantum peccare, licet saepius ministret (a).
At probabilius teneo mortaliter peccare (583. T. III.)

CA-

(a) B. Alphonsus a Ligorio *lib. VI. Tract. I. n.* 38.

## CAPUT XI.

### *De Ordine Presbyteratus.*

Q. *Quid est Presbyteratus?*

§. 183. ℟. Est tertius Ordo major et sacer, quo confertur spiritualis potestas conficiendi corpus et sanguinem Christi, ac remittendi, retinendique peccata.

*Q. Hic Ordo est ne Sacramentum?*

§. 184. ℟. Maxime, et est de fide (§. 783. 802. T. III.).

*Q. Quœnam est materia, et quœnam forma hujus Ordinis?*

§. 185. ℟. Vulgo putant permulti Theologi duplicem esse tum materiam, cum formam hujus Ordinis, pro duplici potestate, quae in eo confertur. Prima materia primae potestati correspondens, conficiendi nempe corpus, et sanguinem Christi est traditio calicis cum vino, et patena cum hostia non consecrata, cui pro forma haec Episcopi verba correspondent: *Accipe potestatem offerendi sacrificium Deo, Missasque celebrandi tam pro vivis, quam pro Defunctis in nomine Domini.* Secunda materia secundae potestati, remittendi nempe, reti-

nen-

nendique peccata correspondens, est ultima manuum impositio facta super ordinandos ab Episcopo, hanc formam proferente: *Accipite Spiritum Sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, et quorum retinueritis retenta sunt*. Attamen hodie fere communis recentiorum sententia est, materiam essentialem hujus Ordinis esse illam impositionem manuum Episcopi, et Presbyterorum adstantium super caput ordinandorum, quae primum fit ab ipsis, ambabus manibus, sine ullis verbis, et dein statim manu dextera extensa, Episcopo preces quasdam dicente. Quidquid autem sit de hoc Theologorum dissidio, in praxi nihil est immutandum ex iis, quae a proprio uniuscujusque Ecclesiae ritu praescripta jam inveniuntur.

*Q. Quænam prærequiruntur in eo, qui Presbyter ordinandus est.*

§. 186. ℟. Plura; ac 1. requiritur, ut Tonsura, aliisque anterioribus Ordinibus sit insignitus, atque in Diaconatu, ad minus annum integrum, nisi ob Ecclesiae utilitatem ac necessitatem aliud Episcopo videretur, ministraverit; 2. ut sit aetatis viginti quinque annorum saltem inceptorum; 3. ut sit in gratia;

 quia

quia debet suscipere Sacramentum Ordinis, simul cum Episcopo Missam celebrare, et Eucharistiam sumere; 4. ut sit scientia sufficienti praeditus, qua nempe idoneus sit ad docendum populum necessaria ad salutem; 5. ut sit ita pietate, et castis moribus conspicuus, ut praeclarum bonorum operum exemplum, et vitae monita ab eo possint expectari. *Decet enim*, ait S. Gregorius (a), *Dominicum Sacerdotem meritis et vita clarescere, quatenus in eo, tamquam in vitae speculo, plebs commissa, et eligere quod sequatur, et videre possit quod corrigat.*

*Q. Quœnam sunt Presbyterorum officia?*

§. 187. ℟. Presbyterorum officia haec praecipua sunt: 1. Sacrosanctum Missae sacrificium offerre; 2. a peccatis absolvere, habitis ad hoc necessariis requisitis. 3. De Parochi licentia, Baptismum solemniter ministrare; Extremam Unctionem praebere, Viaticum administrare, et Matrimonia jungere, ac benedicere. Potest insuper. 4. Verbum Dei praedicare, animas regere, ac personas, et res bene-

(a) *Lib. VIII. Epist. 33.*

nedicere, modo benedictio non sit ex illis Episcopo reservatis.

*Q. Quænam est vestis propria Presbyterorum?*

§. 188. ℟. Est stola, vel e collo pendens utrinque, vel ad pectus in Crucis formam adaptata.

*Q. Quid significat aptare stolam ante pectus in modum Crucis?*

§. 189. ℟. Significat, Sacerdotem debere in corde retinere memoriam Passionis, et Crucis Domini nostri Jesu Christi.

*Q. Quo ritu confertur Presbyteratus.*

§. 190. ℟. Ordinandi induti amictu, alba, cingulo, manipulo, et stola transversa, Diaconorum more, habentes super brachium sinistrum planetas albi coloris complicatas, et in dextera candelam offerendam, et mappulas albas, quibus eorum manus ligandæ erunt, cum fuerint oleo sacro unctæ, vocati ab Archidiacono se sistunt coram Episcopo. Tum Archidiaconus nomine Ecclesiæ petit ab Episcopo, ut eos ad Presbyteratum promoveat. Quærente Episcopo ab eo: an sciat esse dignos, et respondente illo, eos esse dignos, Episcopus Clerum,

et populum adstantem alloquens, petit, an aliquis habeat, quod adversum aliquem ex ordinandis proferat. Post brevem temporis moram, videns Episcopus, neminem aliquid adversus ordinandos opposuisse, ordinandos alloquitur, eosque admonet de muneris Sacerdotalis dignitate, et qualitatibus in Sacerdotibus requisitis; et recitatis Sanctorum Litaniis, ad quas ipsi erunt prostrati, Episcopus eorum ordinationem incipit. Ac primo imponit ambas manus super caput singulorum, nihil dicens, et similiter statim post ipsum, utramque manum singulis imponunt Sacerdotes, qui adsunt: et mox tum Episcopus cum Sacerdotes simul tenent manum extensam super illos, Episcopo interim preces fundente. Deinde Episcopus induit eos veste Sacerdotali, stolam super humeros aptans in formam Crucis ante pectus. Imponit etiam planetam usque ad scapulas anterius quidem evolutam, et extensam, retro autem super humeros complicatam, adhibens aliquas formulas, orans pro ordinandis, atque super illos Divinam benedictionem implorans. Post hæc canitur Hymnus; *Veni creator Spiritus*, atque interim Episcopus oleo sacro ungit ambas singulo-

lorum manus in modum Crucis, quædam verba dicens, quas manus postea jungit, et minister ligat linteolo, seu mappula alba, quam singuli gestant. Postea Episcopus porrigit singulis patenam cum hostia, et calicem cum vino et aqua; et dum ipsi patenam accipiunt inter indicem, et digitum medium, calicis vero cuppam simul et patenam tangunt, Episcopus pronuntiat formam: *Accipe potestatem etc.* Quibus actis, novi Presbyteri ad offertorium lavant manus, et oblata candela, redeunt in locum suum, et Missam eamdem simul cum Episcopo celebrant. Cumque ad communionem ventum fuerit, communicatis omnibus, et recitato a novis Presbyteris Symbolo Apostolorum, Episcopus ambas manus ultimo super caput singulorum imponens, inquit: *Accipe Spiritum Sanctum quorum remiseris peccata etc.* Cumque jam singuli plene sint ordinati, Episcopus explicat singulorum planetas, quas super humeros complicatas habebant, singulis dicens: *Stola innocentiæ induat te Dominus*. Tum singulorum ante se genuflexorum manus junctas inter suas tenens, interrogat, num sibi, et successoribus suis promittant obedientiam, et reveren-

 tiam,

tiam, ac respondente unoquoque illorum: *promitto*, Episcopus dat illis osculum pacis, et eos benedicit.

*Q. Quot potestates in Ordinatione recipit Sacerdos?*

§. 191. ℟. Ex ipsa Presbyteratus definitione (§. 183.) patet, duplicem recipere potestatem, alteram nempe super Corpus Christi verum, verumque ejus sanguinem sub speciebus panis, et vini; alteram super corpus Christi mysticum, nempe fideles, qui tamquam membra unum corpus efficiunt in Christo Jesu, qui est hujus corporis caput invisibile; visibile namque est Summus Pontifex Christi Vicarius, et S. Petri successor.

## CAPUT XII.

### *De prima Sacerdotis potestate.*

*Q. Quid est Sacramentum corporis, et sanguinis Christi?*

§. 192. ℟. Est illud, quod verum ac reale Christi Corpus et sanguinem continet, sub specibus panis et vini.

*Q. Quando Sacerdos conficit hoc Sacramentum?*

§. 191.

§. 193. ℞. Quando in Missa consecrat panem, et vinum in calice contentum; tunc enim, vi non propria, sed Christi, et verbis, ac sermonibus Christi, efficit mirabilem ac stupendam *transubstantiationem*, conversionem nempe substantiae panis in verum Christi corpus, et substantiæ vini in verum ejus sanguinem, remanentibus solis speciebus, seu accidentibus panis et vini absque ulla substantia, quia hæc tota in corpus, et sanguinem Christi conversa est.

*Q. Sub specibus panis est ne solum Christi corpus, et sub specibus vini solus Christi sanguis?*

§. 194. ℞. Licet vi verborum consecrationis, quæ efficiunt quidquid significant, solum corpus sub speciebus panis, et solus sanguis sub speciebus vini esse videatur, tamen firmissime *credendum est*, ajunt Patres Concilii Constantiensis, (§. 711. Tom. II.), *et nullatenus dubitandum, integrum Christi corpus, et sanguinem tam sub specie panis, quam sub specie vini veraciter contineri.*

*Q. Quomodo fieri potest, ut totum Christi corpus sub speciebus panis et vini, vere, et realiter contineatur?*

§. 195. ℞. Sacramentum hoc quanto ma-

magis est mysterium absconditum, et humanæ rationi impreceptibile, tanto certius est, et firma fide credendum. Nam *cum ipse* ( scilicet Christus ) ait S. Cyrillus Jerosolymitanus (*a*), *de pane pronuntiaverit*, *ac dixerit*, *Hoc est corpus meum*, *quis audebit deinceps ambigere? Et cum idem ipse tam asseveranter dixerit: Hic est sanguis meus, quis unquam dubitaverit ut dicat non esse ejus sanguinem*? Recte propterea unumquemque monet Angelicus Doctor, dicens (*b*): *Quod non capis*, *quod non vides animosa firmat fides præter rerum ordinem*.

*Q. Quænam requiruntur*, *ut Sacerdos valide conficiat hoc Sacramentum*?

§. 196. ℟. Quatuor requiruntur. 1. Ut Sacerdos adhibeat debitam materiam, panem nempe triticeum usualem, et vinum ex uvis vitis expressum ( §. 690. Tom. III. ); 2. ut habeat materiam moraliter præsentem, atque determinatam, quæ designari possit per pronomen demonstrativum *Hoc*, *Hic*. 3. Ut habeat intentionem saltem virtualem talem materiam consecrandi; et 4. ut formam conse-

(a) *Catechesi Mistagog.* 4.
(b) *Opusc.* 57. *in seq. Missæ*.

secrationis a Christo Domino præscriptam proferat.

*Q. Quænam est forma substantialis ad valide conficiendam hoc Sacramentum?*

§. 197. ℟. Forma essentialis consecrationis panis, est: *Hoc est corpus meum*; forma vero consecrationis vini, est: *Hic est Calix sanguinis mei*; licet non desint, qui cum S. Thoma volunt, sequentia verba: *Novi et æterni Testamenti, qui pro vobis, et pro multis effundetur in remissionem peccatorum*, esse etiam de essentia.

*Q. Quænam vero ex parte materiæ requiruntur, ut Sacerdos etiam licite hoc Sacramentum conficiat?*

§. 198. ℟. I. requiritur, ut panis ex farina triticea confectus et aqua naturali, nihil alterius farinæ, aut liquoris habeat admixtum; II. Ut panis non sit mucidus, vel ad corruptionem dispositus, et in Ecclesia Latina non sit fermentatus, sed azymus; III. ut vinum non inceperit acescere, neque sit fæcibus mixtum, aut talis odoris, aut saporis, quod nauseam faciat.

*Q. Sufficienter de Eucharistia uti Sacramentum est; dicamus nunc aliqua de ea uti est Sacrificium; et primo:*

*mo:*

*mo: quid est sacrificium , et quotuplex ?*

§. 199. ℟. Sacrificium est ( §. 716. Tomi III. ) oblatio externa rei sensibilis legitime instituta, et a legitimo ministro facta Deo per realem ejus immolationem, ad testandum ejus supremum dominium in omnia, ac præsertim in vitam et in mortem. Dividitur vero sacrificium in *cruentum*, quod sanguinis effusione perficitur; et in *incruentum*, quod sine sanguine completur, uti fuit illud Abrahæ Isaac filium immolantis. Ulterius aliud *Latreuticum*, quod Deo offertur in protestationem infinitæ illius excellentiæ, dominii, et majestatis, nostræque ab eo dependentiæ, et subjectionis; eoque Latriæ cultum soli Deo exhibemus; aliud *propitiatorium*, quo Deus nobis peccatoribus propitius redditur; Aliud *Eucharisticum*, quo Deo gratias agimus pro acceptis beneficiis; aliud tandem *Impetratorium*, quo beneficia, et dona impetramus a Deo.

*Q. Quid ergo est Eucharistia uti sacrificium?*

§. 200. ℟. Est sacrificium incruentum corporis et sanguinis Domini nostri Jesu Christi sub speciebus panis, et vini?

Q.

*Q. Quare dixisti Sacrificium incruentum?*

§. 201. ℟. Ad differentiam Sacrificii Crucis, quod sanguinis effusione completum est.

*Q. Non est ergo idem sacrificium Eucharisticum, et quod fuit in Cruce oblatum?*

§. 202. ℟. Unum est atque idem sacrificium, et quod nempe fuit in Cœna ultima a Christo institutum, et quod ab eo fuit in Cruce oblatum, quia idem ipse Sacerdos et sacrificium est Jesus Christus, cujus corpus et sanguis in Sacramento Altaris, sub speciebus panis et vini veraciter continentur; nam una, eademque est hostia, idem nunc offerens Sacerdotum ministerio, qui seipsum tunc in Cruce obtulit, sola offerendi ratione diversa (§. 32.); quia in Eucharistia invisibiliter, sub speciebus panis et vini, et absque sanguinis effusione, in Cruce autem visibiliter, et cum sanguinis effusione.

*Q. Quomodo in Eucharistia immolatio perficitur?*

§. 203. ℟. Perficitur consecratione specierum panis et vini separatim; Hoc enim ritu per verba consecrationis, veluti

per

per quemdam gladium separatus exhibetur sanguis a corpore, et Christus in altari veluti mortuus adest; id quod repræsentat separationem realem ejusdem corporis et sanguinis factam in Cruce, et Christum in Cruce mortuum.

*Q. Cujus generis est Sacrificium Eucharisticum?*

§. 204. ℟. Sacrificium Eucharisticum non solum est Latreuticum, sed propitiatorium quoque, et impetratorium (§. 27.) Ita Tridentinum (a): *Si quis dixerit, Missæ Sacrificium tantum esse laudis, et gratiarum actionis . . . non autem propitiatorium . . . neque pro vivis, et defunctis, pro peccatis, pœnis, satisfactionibus, et aliis necessitatibus offerri debere; anathema sit.*

*Q. Quomodo vocatur hoc sacrificium?*

§. 205. ℟. Vulgo vocari solet Missa.

*Q. Quare dicitur Missa?*

§. 206. ℟. *Dicitur Missa à mittendo*, ait S. Bonaventura (b), *et repræsentat legationem inter homines et Deum. Deus enim mittit filium suum Christum in Altari, et iterum mittit Ecle-*

(a) Sess. XXII. Can. 3.
(b) In Exposit. Missæ.

*clesia fidelis eumdem Christum ad Patrem, ut pro peccatoribus intercedat.*

*Q. Quot partibus constat Missa?*

§. 207. ℟. Missa tribus constat partibus; prima est usque ad offertorium, quæ continet orationes, et instructiones, atque Missa Catechumenorum appellatur; secunda pars est ab offertorio usque ad communionem, et vocatur Missa fidelium; tertia est a communione usque ad finem Missæ, et dicitur postcommunio, quæ continet gratiarum actionem.

*Q. Quot distinguuntur actiones in Missa?*

§. 208. ℟. Sex; nempe 1. Oblatio panis et vini in offertorio; 2. Consecratio; 3. Oblatio, quæ fit post consecrationem, dicendo: *Offerimus præclaræ majestati tuæ de tuis donis ac datis, hostiam puram etc.* 4. Fractio hostiæ consecratæ, et particulæ ejus immissio in calicem; 5. Sumptio Sacramenti ab offerente; et 6. Distributio hujus Sacramenti.

*Q. In quarum ex his actionibus ratio sacrificii Eucharistici proprie consistit?*

§. 209. ℟. In sola consecratione corporis, et sanguinis Christi; Nam consecra-

cratio est vera repræsentatio mortis Christi, et victimæ destructio. Deinde Christus in hoc sacrificio est principalis offerens simul cum ejus ministro; Atqui actio facta in nomine Christi est consecratio; Ergo in consecratione etc.

*Q. Non est ergo necessaria sumptio?*

§. 210. ℟. Est utique necessaria, sed tamquam pars integrans, et finis, vel terminus extrinsecus sacrificii, ita ut licet sine ea sacrificium subsisteret, non esset tamen integrum, et completum; atque de hac integritate loquitur Concilium Toletanum (*a*), cum dicit: *Quale erit Sacrificium, cui nec ipse sacrificans particeps esse dignoscitur?*

## CAPUT XIII.

### *De requisitis ad licite offerendum Missæ Sacrificium.*

*Q. Quænam requiruntur ut Sacerdos licite offerat Missæ Sacrificium?*

§. 211. ℟. Plura præcipue quæ sequuntur; nempe 1. status gratiæ in ministro, jejunium naturale, et immunitas a quo-

quocumque Canonico impedimento; 2. vestes Sacræ Sacerdotales mundæ, et decentes; 3. vasa Sacra, Altare, et utensilia cætera ad sacrificium rite perficiendum requisita; 4. Locus aptus; 5. tempus; et 6. cæremoniarum ab Ecclesia præscriptarum diligens executio.

*Q. Si quis in peccato mortali existens celebrat, quot peccata committit?*

§. 212. ℟. Duo peccata committit; et quia nempe conficit Sacramentum, et quia indigne Eucharistiam sumit.

*Q. Quid agere debet Sacerdos si Missam celebraturus advertit se esse in mortali peccato?*

§. 213. ℟. Si absque scandalo potest se a celebratione eximere, ut prius confiteatur, se eximat; si adest necessitas, et non potest absque scandalo se eximere, confiteatur, si habet confessarium, si vero non habet, contritionis actum eliciat cum proposito confitendi quamprimum, et Missam celebret.

*Q. In quam pœnam incidit Sacerdos, qui censura Ecclesiastica, puta suspensione innodatus, Missam celebrat?*

§. 214. ℟. Incidit in irregularitatem ob violationem censuræ.

Q.

*Q. Potest ne aliquando Sacerdos non jejunus, Missam celebrare?*

§. 215. ℟. Potest; Et 1. Si Sacerdos Missam celebrans, post consecrationem recordetur se non esse jejunum, potest, et debet Missam prosequi, atque complere, quia majus, et fortius est præceptum Divinum obligans ad integrandum Sacrificium, quam præceptum Ecclesiæ obligans ad jejune communicandum; 2. si necessitas adsit evitandi publicum scandalum, aut aliud grave malum, vel damnum; veluti si Sacerdos, vel Parochus obligatus ex officio ad Missæ celebrationem diebus Festis, non sit jejunus, et nihilominus non potest absque gravi scandalo, obmurmuratione, susurratione, et sinistra suspicione populi, vel alio suo malo gravi, et damno a celebratione abstinere, tunc poterit celebrare.

*Q. Sacerdos, peracta consecratione unius, vel utriusque speciei, repentino morbo correptus, moritur, potest ne alius Sacerdos non jejunus Missam complere, et Eucharistiam sumere?*

§. 216. ℟. Potest, dummodo non inveniatur alius Sacerdos jejunus.

*Q. Sacerdos in Calicis sumptione animadvertit se aquam tantum per er-*

er-

*rorem consecrasse, quid agere debet?*

§. 215. ℟. Licet Sacerdos, aquam talem bibendo, jejunium fregerit, debet tamen de novo vinum cum aqua consecrare, ac consecratum sumere ad integrandum sacrificium.

*Q. Quænam sunt vestes, quibus Sacerdos uti debet in celebratione Missæ?*

§. 216. ℟. Sunt sequentes, scilicet amictus, seu humerale, alba, cingulus, manipulus, stola super humeros, ante pectus in Crucis formam aptata, et casula, seu planeta.

*Q. Explica quid significent tales vestes Sacerdotales?*

§. 217. ℟. Explico cum S. Bonaventura (*a*). » Amictus, seu Humerale caput cooperiens signat, quod Christus, » qui est caput Ecclesiæ, Divinitatem in » humanitate abscondit. Alba munda et » longa, magnam Christi munditiam significat . . . Hanc munditiam Christus » in Baptismo nobis tribuit. Linea enim » alba per aquam dealbatur, et Eccle- » sia per Baptismum Christi candidatur. » Cingulus designat virginitatem Christi, » et suæ castissimæ matris, quam nos » habere docuit dicens: *Sint lumbi ve-*



(a) *Opusculo Exposit. Missæ.*

» *stri præcincti etc*. Manipulus in læva » est humilitas Christi in hac vita ; vel » manipulus in læva designat pugnam » Christi pro justitia ; ipse enim pro ju- » stitia pugnavit, mundum superavit, » et Diaboli potestatem dejecit etc. Sto- » la longa super collum, ante cor, et » usque ad pedes dependens, signat obe- » dientiam Christi, et voluntariam ser- » vitutem pro nobis. Ipse enim pro sa- » lute nostra factus est Patri obediens » usque ad mortem, mortem autem Cru- » cis, et hoc designat cancellata stola in » pectore ad modum Crucis. Designat » etiam Crux in pectore passionem Chri- » sti, quam circumferre pervigili medi- » tatione debemus . . . . . Casula tan- » dem, seu planeta, signat Cælum, et » terram, quæ Christus sua majestate » ( qua nempe Deus est ) implet, si- » cut ipse dicit per Prophetam: *Cælum* » *et terram ego impleo*. Casula etiam » designat charitatem, qua diligere debe- » mus amicos in Deo, et inimicos pro- » pter Deum, sicut Christus nos docuit » verbo et exemplo ; per anteriorem par- » tem casulæ designantur amici, per po- » steriorem inimici ».

Q.

*Q. Licet ne aliquando sine sacris vestibus Missam celebrare?*

§. 218. ℟. Non licet, etiamsi deberetur ministrari Viaticum infirmo; præceptum namque ministrandi Viaticum infirmo non urgere existimandum est, si eo modo, quo decet ministrari nequeat. Tempore tamen alicujus diræ persecutionis, in quo sacras vestes habere foret difficillimum, et aliunde fideles, ut fortiter pro fide certent usque ad mortem, sumptione corporis Christi oportet esse munitos, adfirmare non diffiteor, sine vestibus Sacerdotalibus, Missam celebrari posse. Revera de S. Januario Episcopo Beneventano, et Civitatis Neapolis vigilantissimo Patrono legitur, quod dum esset simul cum sociis in carcere Puteolano detentus, et vellet Missæ sacrificium celebrare, cum sacra vasa, et vestes non haberet, *Maximum* (Episcopum Puteolanum) *de iis, quæ ad Synaxim oportent postulavit. Ea statim hic illi misit: Verum Clerici militum perhorrescentes, vix panem et vinum Januario reliquerunt. At enim vero beatissimus Præsul, vitreo Sosii poculo benedicto; orarioque* (idest stola) *dumtaxat indutus, sacrificio peracto se*

*ipse cum cæteris eadem nocte , ad agonem Corpore , et sanguine Domini roboratur* (*a*) .

*Q. Quænam vasa , quodnam Altare , et quæ utensilia requiruntur ad licitam Missæ celebrationem?*

§. 219. ℟. Quoad vasa sacra , requiritur Calix cum Patena ex auro, vel argento in parte interna cuppæ, et superficie patenae deauratus, et quidem consecratus . Quoad Altare , istud debet esse lapideum , et consecratum, coopertum regulariter tribus linteis mundissimis . Quoad vero alia utensilia , requiritur 1. in Altare Crux cum Imagine Crucifixi , etiamsi sit expositum Venerabile . 2. Duo lumina ex cera , vel ex oleo in necessitate , et etiam, si aliter fieri nequeat , ex sebo . Sufficit etiam quandoque unum lumen si talis sit necessitas, quæ id expostulaverit . 3. Corporale lineum ab Episcopo benedictum , et parva quædam palla itidem linea , et benedicta . 4. Missale jussu S. Pii V. editum, et à Clemente VIII. iterum restitutum, atque emendatum ; 5. purificatorium ex lino pariter , et quidem mundum .

Q.

(a) *Vide* Falconium *in Vita S. Januarii Lib. IV. Cap. IX.*

*Q. Requiritur ne Minister qui Sacerdoti celebranti inserviat?*

§. 220. ℟. Affirm. Et Sacerdos, qui seclusa vera necessitate, absque ministro celebraret, peccatum committeret.

*Q. Quo in loco Missa licite celebrari potest?*

§. 221. ℟. De jure communi, et ordinarie Missa celebrari licite nequit, nisi tantum in Ecclesiis, vel locis consecratis, aut saltem legitima auctoritate benedictis.

*Q. Quo tempore potest Missa licite celebrari?*

§. 222. ℟. Ab aurora usque ad meridiem, ordinarie loquendo.

*Q. Habent ne quoad hoc Regulares aliquod privilegium?*

§. 223. ℟. Maxime. Nam per Breve Alexandri VI., quod incipit: *Sane merita*, Patres Congregationis Vallisolet possunt celebrare duabus horis post mediam noctem. Per concessionem Pii V. possunt Patres Societatis Jesu Missam celebrare per horam ante auroram, et infra horam post meridiem causa itineris, aut alterius impedimenti. Ex Concessione Innocentii VIII. possunt Augustiniani, statim post mediam noctem Missam celebrare, et e-

tiam post meridiem, quando fratres debent iter facere, aut de via veniunt, et non possunt ante meridiem ad locum pervenire, in quo possunt Missam celebrare. Idipsum ex concessione Leonis X. possunt Fratres Minores, atque etiam Cassinenses ex concessione Gregorii XIII. (*a*).

*Q. Quid de cæremoniis et Rubricis in Missa celebranda?*

§. 224. ℟. Eæ vel sunt *præceptivæ*, hoc est quæ aliquid præcipiunt circa materiam, aut formam, vel integritatem Sacramenti, aut sacrificii, et eæ obligant sub culpa gravi; vel sunt tantum *directivæ*, et taliter non obligant, modo desit scandalum, aut contemptus.

## CAPUT XIV.

### *De fructu Sacrificii Missæ, ejusque applicatione.*

*Q. Cujus valoris est fructus Sacrificii Missæ?*

§. 225. ℟. Si talis fructus spectetur ex dignitate rei oblatæ, et principalis offerentis, nempe Christi Domini, qui est si-

(a) Ferraris *V.* Missæ Sacrificium *Art. V. n. 6.*

simul sui sacrificii victima et Sacerdos; procul dubio valoris est infiniti; si vero spectetur ratione effectus, quem habet ex Christi institutione, quatenus per Ecclesiæ ministros offertur, et tunc est finiti valoris. Et sane, si ita non esset, Christus non dixisset, hoc sacrificium pluries in Ecclesia offerri posse: *Hæc quotiescumque feceritis, in mei memoriam facietis* (a); neque Ecclesia pluries pro uno defuncto Missam celebrari permitteret; cum unica Missa sufficiens foret, nedum pro uno defuncto, sed pro omnibus, et ad Purgatorium evacuandum, sive omnibus a Purgatorii pœnis liberandis.

*Q. Unde repetendus est fructus Sacrificii Missæ?*

§. 226. ℟. Præsertim ex triplici fonte; ex Dei nempe voluntate, et beneplacito; ex ministri intentione; et illius pietate, pro quo sacrificium offertur. Ex divino namque beneplacito non raro evenit, ut vi sacrificii Missæ, peccatores, atque impii, qui nequidem ad Deum revertere cogitabant, dolere incipiant, atque peccata detestari. Ex intentione quoque ministri peculiariter ali-



(a) *In Can. Missæ ex S. Luca Cap. XX. v. 19.*

cui sacrificium applicantis ; magis enim prodest applicatio facta pro uno , quam pro omnibus ; Ex devotione tandem personæ quæ sacrificium offerri curavit , illius fructus mensurari debet , nam sacrificium , orationis more, operatur , oratio autem ex orantis fervore fructum suum consequitur . Hinc patet quantæ sit utilitatis sacrificii Missæ celebrationem sæpius procurare , eique maxima qua fieri potest devotione adsistere .

*Q. Missa mali Sacerdotis est ne æqualis valoris ac Missa , quæ a bono celebratur ?*

§. 227. ℟. Si Missa spectetur quatenus per illam conficitur Eucharistiae Sacramentum , et tunc tam Missa mali , quam illa boni Sacerdotis est ejusdem valoris , quia per ipsam idem conficitur Sacramentum ; si vero spectetur quoad orationes , quæ in ea funduntur a Sacerdote , et tunc si fiunt cum debita devotione, plus prodest Missa boni , quam mali Sacerdotis , quia devotio boni gratior est , quam devotio mali . Unde Alexander Papa (*a*) : *Quanto digniores* , ait , *fuerint Sacerdotes , tanto facilius, pro quibus clamant exaudiuntur .*

Q.

(a) *In Caput* Ipsi Sacerdotes *I. q. I.*

*Q. Quotuplex est fructus Sacrificii Missæ?*

§. 228. ℟. Triplex; 1. *generalis*, qui nempe ad omnes se extendit fideles; 2. *specialis*, qui ad eos spectat, pro quibus Sacerdos intendit sacrificium offerre; et 3. *specialissimus*, qui soli Sacerdoti cedit, et nulli alio.

*Q. Quem fructum ergo potest Sacerdos applicare?*

§. 229. ℟. Fructum specialem.

*Q. Quibus potest talem fructum applicare?*

§. 230. ℟. Hominibus tam vivis, quam defunctis, at non omnibus.

*Q. Potest ne Sacerdos sacrificium offerre pro damnatis?*

§. 231. ℟. negative; quia in Inferno nulla est redemptio, et animæ, quæ ibi detinentur, nullo modo adjuvari possunt.

*Q. Potest offerri Sacrificium pro animabus in Purgatorio existentibus?*

§. 232. ℟. Maxime. Illis namque hoc sacrificium est utile uti satisfactorium, quatenus per illud a peccatis, defectibusque purgatae, a pœnis solvuntur, Deo debita satisfactio tribuitur; et est etiam impetratorium, quatenus per illud a Deo animæ liberationem obtinent

ab

ab illo carcere , et Cælum ingredi merentur .

*Q. Potest ne pro Beatis offerri?*

§. 233. ℟. Potest , sed tantum uti Eucharisticum , quatenus per illud Deo gratiæ aguntur ob collata ipsis gratiæ auxilia , quibus de infensissimis humani generis hostibus triumpharunt , et ob gloriæ donum, quo eos coronavit .

*Q. Pro quibus viventibus Missæ sacrificium potest offerri ?*

§. 234. ℟. Pro omnibus fidelibus sive justis , sive peccatoribus, qui sunt in unitate Ecclesiæ ; Unde nequit directe offerri pro Turcis , Infidelibus , Hæreticis, et Schimaticis ; sicuti nec etiam pro excommunicatis vitandis . Indirecte tamen , hoc est per modum deprecationis , offerendo pro omnibus peccatoribus , pro reductione et conversione Hæreticorum , Infidelium etc., potest (*a*) .

*Q. Potest ne Sacerdos pro celebratione Missæ stipendium accipere?*

§. 225. ℟. Non potest illud recipere tamquam pretium applicationis sacrificii Missæ , hoc enim esset apertum detestandæ simoniæ scelus ; bene autem potest pro externo ministerio , aut titulo hone-
stae

(a) Ferraris *V. Missæ sacrificium art. VII. n.3.11.*

stae sustentationis, *quoniam*, ut ait Apostolus (§. 308. Tomi III.), *qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt, edunt; et qui altari deserviunt cum altari participant*.

*Q. Quale judicandum est justum Missæ stipendium?*

§. 236. ℟. Justum Missae stipendium est illud, quod vel a Pontifice, vel ab Episcopo taxatum est, vel Sapientum judicio, juxta consuetudinem locorum, est approbatum.

*Q. Potest ne Sacerdos, qui ratione beneficii tenetur quotidie celebrare, stipendium ab alio accipere, et una Missa utrique oneri satisfacere?*

§. 237. ℟. Non potest. Nam talis Sacerdos duplicem habet obligationem, et ratione nempe beneficii, et ratione stipendii; et Missam proinde ratione beneficii debet totaliter applicare, et eodem modo applicare ratione stipendii, quia fructus Missae cum sit finitus non prodest aeque applicatus uni, ac applicatus pluribus. Aliunde qui dat stipendium, ea dat intentione, ut pro se Missa applicetur: obligatus autem uni, non potest obligari alteri.

*Q. Sacerdos stipendia duo accepit*

*pro*

*pro duabus Missis celebrandis, sed quia hæc duo stipendia vix æquabant justum stipendium, unam Missam pro ambobus celebravit; quid dicendum?*

§. 238. ℟. Male se gessit. Tenetur enim duas Missas celebrare, stipendiumque duplex alias recusare.

*Q. Sacerdos duo quidem stipendia justa accepit, potest ne utrique oneri satisfacere, uni applicando partem specialem sacrificii, alteri partem specialissimam?*

§. 239. ℟. Non potest. Id enim expresse damnatum est ab Alexandro VII. (*a*)

*Q. Si quis pinguem eleemosinam recipit pro Missa celebranda, potest ne alteri eam celebrandam tradere, parte illius eleemosinæ sibi retenta?*

§. 240. ℟. Non potest. Sed vel tenetur per seipsum celebrare, vel alteri cum integra eleemosina Missam celebrandam committere.

*Q. In quam pœnam incidunt, qui tradunt Missas alteri celebrandas, retenta sibi parte eleemosinæ?*

§. 241. ℟. Si sunt Laici incidunt ipso facto in excommunicationem Papae reservatam; si sunt Sacerdotes incurrunt su-

(a) *Decreto* 24. *Septembris* 1665. *in Prop.* 8.

suspensionem item reservatam; et hoc etiamsi ad id expresse consenserit ille, cui committitur Missa celebranda (*a*).

Q. *Si beneficiatus habens pingue stipendium pro missa celebranda, alteri celebrationem committit, dans ei congruum, et justum stipendium, relicto sibi reliquo, potest ne id facere absque scrupulo?*

§. 242. ℟. Potest, *nisi in fundatione ipsius beneficii aliud cautum fuerit*. Ita ex Decreto Sacrae Congregationis Concilii (*b*).

## Caput XV.

### *De altera Sacerdotis potestate; remittendi, ac retinendi peccata.*

Q. *In quo consistit potestas hæc in Sacerdotibus remittendi, ac retinendi peccata?*

§. 243. ℟. Consitit in hoc, quod Sacerdotes possunt absolvere a peccatis pœni-

(a) Benedict. XIV. *Constit.* Quanta cura *apud* Ferraris *V.* Missæ Sacrif. *art. II.*

(b) *De celeb. Missarum sub* Urbano VIII. 22. *Septem.* 1626.

nitentes, quos noverint esse bene dispositos, et possunt denegare absolutionem illis, quos indispositos invenerint.

*Q. Quandonam Christus Dominus hanc potestatem Sacerdotibus concessit?*

§. 244. ℟. Quando a mortuis excitatus, Sacramentum Pœnitentiae instituens, dixit Apostolis (a): *Quorum remiseritis peccata remittuntur eis, et quorum retinueritis, retenta sunt.*

*Q. Ergo statim ac quis ordinatur Sacerdos potest Confessiones audire, et a peccatis absolvere?*

§. 245. ℟. negative. Nam cum haec potestas sit judiciaria et jurisdictionis, non potest Sacerdos eam exercere, nisi fideles subditos habeat sibi adsignatos.

*Q. Nunquam ergo licebit Sacerdoti simplici Confessiones audire?*

§. 246. ℟. Licebit tantum in articulo, vel periculo mortis, et id etiam si desit alius Sacerdos approbatus.

*Q. Quid agere debet simplex Sacerdus, si dum audit moribundi confessionem supervenit Sacerdos approbatus?*

§. 247. ℟. Potest prosequi Confessionem, quia judicium jam est inceptum; aliun-

(a) Joann. *Cap. XX. v.* 23.

aliunde evenire potest, ut dum Confessarii mutantur, aegrotus aut moriatur, aut usum loquelae amittat.

*Q. Quid si Sacerdos inveniat moribundum habere culpas pro absolutione reservatas, vel esse censuris innodatum?*

§. 248. ℟. Potest eum absolvere; propter excommunicationem vero debet ei imponere sub jurejurando, ut cessante impedimento, Superiori se presentet, ut obtemperet Ecclesiae mandatis, alias reincidet in eamdem excommunicationem.

*Q. Quid si moribundus amiserit usum loquelae, et sensibus omnino fuerit destitutus?*

§. 249. ℟. Si scit Sacerdos illum antea petiisse Sacramentum Poenitentiae, et signa doloris, ac detestationis peccatorum suorum dedisse, et tunc potest eum absolvere; si vero ille nulla signa hujusmodi dederit, et tunc inquiret Sacerdos, qua vita ille vixerit. Si comperit eum religiose vixisse, poterit tunc eum sub conditione absolvere; si vero aliter, eum non absolvat.

*Q. Qua forma utendum est Sacerdoti in absolvendo a peccatis?*

§. 250. ℟. Si necessitas urget; sufficit

cit

cit si dicat; *Ego te absolvo ab omnibus censuris, et peccatis tuis* : Si vero tempus adest, proferat integram formam, nempe; *Misereatur tui omnipotens Deus, et dimissis peccatis tuis perducat te ad vitam æternam. Amen. Indulgentiam, absolutionem, et remissionem peccatorum tuorum tribuat tibi omnipotens, et misericors Dominus. Amen. Dominus noster Jesus Christus te absolvat; et ego auctoritate ipsius te absolvo ab omni vinculo excommunicationis, suspensionis* ( si sit Clericus ), *et interdicti, in quantum possum, et tu indiges*. Deinde: *Ego te absolvo a peccatis tuis in nomine Patris †, et Filii †, et Spiritus Sancti †. Amen. Passio Domini nostri Jesu Christi, merita B. Mariæ Virginis, et omnium Sanctorum, quidquid boni feceris, et mali sustinueris sint tibi in remissionem peccatorum augmentum gratiæ, et præmium vitæ æternæ. Amen.*

F I N I S.




IN-

# INDEX

## TRACTATUUM, ET CAPITUM

### Tomi IV.

### TRACTATUS I.



### TRACTATUS II.

TRACTATUS

| ERRATA | | | | CORRIGE |
|---|---|---|---|---|
| Pag. | 12. | v. | 6. *Lautreuticum* | *Latreuticum* |
| | ib. | v. | 25. Cumqne | Cumque |
| | 14. | v. | 4. PROP. III. | PROP. II. |
| | 17. | v. | 22. §. 29. | §. 20. |
| | 19. | v. | 4. Cæna | Cœna ( *ita semper* |
| | ib. | v. | 21. §. 26. | §. 21. |
| | 35. | v. | 12. eundem | eumdem ( *ita semper* ) |
| | 60. | v. | 22. membrum | membrorum |
| | 68. | v. | 5. absoluta | absolutæ |
| | 71. | v. | 1. Cæsariensis | Cæsareensis |
| | 73. | 1. | 1. fecerint | fecerunt |
| | ib. | v. | 3. sustinuerint | sustinuerunt |
| | 74. | v. | 8. idem | eamdem |
| | 79. | v. | 8. *apparuerurt* | *apparuerunt* |
| | ib. | | *Reliquas* | *Reliquias* |
| | 43. | v. | 5. fuisset | si fuisset |
| | 47. | v. | 14. Ergo n. r. | Ergo n. r. Prob. Subsm. |
| | 48. | | | 88. |
| | 91. | v. | 15. fiesi | fieri |
| | 95. | v. | 20. tesselis | tessellis |
| | 96. | v. | 1. et iis | et viis |
| | 111. | v. | 2. numquam | nunquam |
| | 132. | v. | 5. eandem | eamdem ( *ita semper* ) |
| | 135. | v. | 18. *universa* | *universam* |
| | 140. | v. | 5. adimdo | adimplendo |
| | 159. | v. | 7. pænam | pœnam ( *ita semper* ) |
| | 189. | v. | 21. Isajas | Isaias ( *ita semper cum i, non j* ) |
| | 228. | v. | 2. mittuntnr | mittuntur |

| ERRATA | CORRIGE. |
| --- | --- |
| Pag. 294. v. 26. expressis | expensis |
| 296. v. 22. et *6.* | et 5. |
| 317. v. 18. immensionem | immersionem |
| 330. v. 13. *vera est* | *vere est* |
| ib. v. 15. *vitis vere* | *vitis vera* |
| 365. v. 18. Lateranense | Lateranense |
| 371. v. 18. Cærei | Cerei ( *ita semper* ) |
| 382. v. 12. conferentis | conferentis |
| 385. v. 25. præsbyterissæ | presbyterissæ |
| 387. v. ult. cujusdem | cujusdam |
| 389. v. 16. A. | Q. |
| ib. v. 20. ratione | ratione |
| 392. v. 3. in N. De Bulla | Ex Bulla |
| 393. v. ult. *decerninus* | *decernimus* |
| 394. v. 21. Minorum | Minorem |
| 397. v. 7. honesta | honestæ |
| 400. v. 5. A. | Q. |
| 403. v. 1. in N. Lucidum | Lucium |
| 415. v. 14. at ab | et ab |
| 416. v. 12. usus | usum |
| ib. v. 24. præsentim | præsertim |
| 432. v. 24. mendare | commendare |
| 431. v. ult. in N. *an. 7 ad* | *art. 7. ad* |
| 438. in N. *En art* | *Enarrat.* |
| 462. v. 18. *De requisita* | De *requisitis* |



6–1